



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.712



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.712



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.712



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.712



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.712



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze
CFMAGL. 1.6.712

1.6.712

1
6
712

RESPONSIO
AD NOTAS
NOBILIS CRITICI ANONYMI
In Apologiam Reuerendiss. P.

FR. THOMÆ MAZZÆ

Inquisitoris Generalis Ianuensis

PRO IOANNE ANNIO VITERBIENSI,

Auctore P. F.

FRANCISCO A S. AVGUSTINO

M A C E D O

Ordinis Minorum Obseruantiae Lusitano:

LECTORE SVI ORDINIS IVBILATO:

Et publico Patauino:

Exqualificatore S. Officij Romani:

VENETO CIVE.



Veronæ sub Prælo Io. Baptiste Meruli.

SVPERIORVM INDVLTV.

RESPONSI
AD NOTAS
NOBILIS CRITICI ANONYMI
In Apologetis Renerendis P.
ER. THOMÆ MASSÆ
Iudiciorum Genesiis Inservens
PRO IONNIS ANNI LITERIS
Augoie P. P.
FRANCISCO A. S. AGASTINO
MACEDO
Orius Minorum Officiorum Itinerario:
ECTOAE VBI ORDINIS TRIBALTO:
Et duplia Forma:
Ex diligencie S. Offici Romani:
VENETO CIVE.



Veneto upr. P. 10. B. p. 10. M. 10.
S. P. E. R. I. O. R. A. M. I. N. D. A. T. A.



REVERENDISS. PATRI
FR. RAYMVNDO
CAPIZVCCO

Magistro Sacri Palatij Apostolici.

TS I vereor vt hoc
Opusculum , quod sit
exiguum , Amplitudini
Tuæ , Reuerendissime
Pater , minimè respon-
deat , spero tamen fore vt , quod est
tuæ professioni congruum , ab ea non
videatur alienum . Agitur quippe in
eo de honore Scriptorum Ordinis tui:
quorum alter Magister fuit Sacri Pa-

* 2 latij;

latij; quó Tu munere , & functus es
anteà, & modò fungeris : alter Inqui-
sitor est Sacrosancti Officij , in quo
Tu Consultorem, & quidem inter Pri-
marios Romæ agis . Cùmque de Or-
dine, & munere bene sis meritus , &
studio vtriusque magnopere tenearis,
haud ingratum Tibi, opinor, erit hu-
iustmodi Opus , quod Tibi dicatum
venio, accipere . Evidem , etsi (vti
Auctor) honori meo , & vtilitati con-
sulere debui , Patronum optimum
quærendo , qui me cùm protegere
vmbra posset , tum lumine exornare,
qui finis est dedicandorum Operum,
malui tamen rationem habere Digni-
tatis Tuæ , quām vtilitatis meæ . Igi-
tur comperto nihil à me indignum
Amplitudine Tua committi , accedo
fidentius , spei bonæ plenus , fore vt
mihi dedicanti sis & præsidio , & or-
na-

namento. Vtrunque præstare potes,
Pater Reuerendissime, qui & virtu-
tibus, & doctrinis, & honoribus abun-
das, adeout nihil in Te desideretur
eorum, quæ perfectum quempiam
faciant. Eminet excelsa indoles, ani-
mus magnus, inuicta constantia, spe-
ctata prudentia, maturum consilium.
Vales ingenio, iudicio, pondere, ex-
cellis doctrina, sapientia, eruditione,
notitia rerum diuinarum, & huma-
narum, indefesso studio, & assidua
exercitatione collecta, experientia
confirmata. A puero in splendidissi-
ma Familia assuetus Cathedræ, &
Pulpito docebas in Scholis, tonabas
in Templis, & vtramque paginam
faciebas. Illud magisterium Te ad
istud Supremum Sacri Palatij erudie-
bat: ac inter eas priuatas disciplinas
ad publicam in Aula Pontificia tra-
dendam

dendam præludebas. Per illos gradus
doctrinarum ad fastigium ascendisti
propè Cortinam Pontificiam futurus,
& è vicino eiusdem Oracula auditu-
rus. Licet Tibi apud Summum Pon-
tificem dare voces, & reddere: sensus
tuos proferre; & ab eo, cui vicina
Columba in aures dicenda suggerit,
beneuolè audiri, Librorum Censor es
maximus, qui scribuntur à doctis, hi
arbitrio committuntur tuo, vt nemini
in lucem edere quidquam liceat,
quod non sit tuo calculo approbatum.
Et quidem iure. Nam cùm præcla-
rum Sapientiæ specimen in scriptis à
Te libris præbueris, numeros omnes
doctrinarum tenes, & Leges alijs eru-
ditis dare, vti eorum arbiter, potes,
quæ vt iustiores, & clariores essent,
composuisti egregium Opus de digni-
tate, & Officio, & numero Magistro-
rum

misbrab

3

rum Sacri Palatij , eorum & nomina ,
& merita referendo , & in eo libro ve-
ram ideam repræsentas , cui Te peni-
tus conformasti . Istius præclarum
exemplum est in illo grandi , & mira-
bili volumine de Controversijs doctri-
næ Thomisticæ , quod ad eximiam
tui nominis famam , & immortalem
tui Ordinis gloriam edidisti : in quo
Angelici Doctoris Sententias propo-
suisti , explanasti , muniuisti , illustra-
sti , locupletasti , vindicasti , tanto acu-
mine , tanta vi , tanta eruditione , ut
doctis omnibus admirationem ingef-
feris , & spem omnem ademeris , &
tuis adjiciendi , & alienis oppugnan-
di . Mihi , qui aliquem gustum litte-
rarum habeo ita videtur : nihil acu-
tiùs , nihil profundiùs , nihil solidiùs ,
nihil copiosiùs à quoquam hactenus
esse productum . Quam ei Appendi-
cem

cem addidisti, ea Tu omnes aditus ad
impugnandum aduersarijs occlusisti.
Has eximias doctrinæ dotes, aliæ egre-
giæ tūm animi , tūm corporis comi-
tantur. Splendor Sanguinis , qui in
Familiam tuam Nobilissimas vnde-
cunque venas è Germania , Gallia ,
Hispania corriuauit , quæ Romam
influxerunt , vt nobilior euaderes in
ea Vrbe, in qua primariæ fons est No-
bilitatis exortus . Et quamquam in
Religioso Viro, Deo dicato , & con-
temptionis studio laudanda mini-
mè Nobilitas videatur , nec Tibi sit,
opinor, cordi ista commendatio ; tan-
ta est tamen Amplitudo personæ tuæ,
vt ea Te deceat , Teque prodat per
eam , quæ in Te summa est , oris , &
corporis dignitatem. Emicat in fron-
te , micat in oculis , lucet in genis , spi-
rat in vultu : vt qui Te intuetur , illu-
strem

strem Te esse cognoscat. Te fugiente,
illa sequitur : Te latente , illa patet:
Te verecundante , illa se ingerit : vel
inuitus Nobilem Te fateris . Hoc
Tibi contigit feliciter , & esse Nobi-
lem , & videri . Nam quid ego alia or-
namenta commemorem , quæ virtutes
comitantur tuas , ac earum præclara-
habentur indicia : de quibus malo ta-
cere , quām tenuiter dicendo detrahe-
re ? Tui Te diligunt : Ciues Te colunt ,
domestici suspiciunt , exteri admiran-
tur : Principes in pretio habent , Car-
dinales amplectuntur , & quæ summa
felicitas est , Summus Pontifex Clemens
Decimus diligit . Hic Te honori tuo
pristino restituit , & quasi dato pigno-
re nouos Tibi , & maiores pollicetur:
qui tuis eximijs debentur virtutibus ,
quæ tot , ac tantæ sunt , vt omnes in
Te videantur confluxisse , ac inter se

**

de

2-6.8

de primatu contendere. Tibi contigit
ut emineas virtutibus, & illæ in Te
propter Amplitudinem Tuam emi-
neant. Per earum gradus paulatim
ascendis, ut merita ostentes, & constet
honores meruisse. Minus curas fortu-
nam, quod extra meritum est, imò sæpè
pugnat cum merito. Eniteris, vt Te
dignum honestatibus præbeas: illas an-
tecedis: si sequuntur, præeuntem inue-
nient: sin minus, semper eris in culmi-
ne meritorum. Dum igitur magnam
de Te expectationem apud omnes
concitas, Perge inter cæteros, qui Te
colunt, suspiciunt, & admirantur de
Ordine, deque Christiana Republi-
ca, vti facis, benè mereri. Vale.

Verona 4. Kal. Augisti

An. 1674.

Seruus addictissimus

Fr. Franciscus à S. Augustino Macedo.

de

**

ANI-

ANIMADVERSIONES.

Vam propono refutandam scripturam Critici, eam
nonnullis in locis mutilam, & imperfectam esse,
quos notaui, ne lectorem turbarent. Cum enim
a Patre Mazza Inquisitore duo exempla sumpissimae,
quaeruntia festinanter transcripta fuerant ex Autographo
clam & scripto, & sparso non potuerunt emendatoria
esse. Itaque lacunas inuenies: verum per paucas. Illae
verò, quamquam suppleri verbis non possint, sensum
tamen non extinguunt, quare iustam responsionem ad-
mittunt. Tu aqui, bonique consules, & Criticus con-
donabit.

Nomen Auctoris a me minimè prodi. Tum quia
in manu scripto non erat, cui cum ego respon-
deam necesse est conformari. Tum quia consulere volui
honoris Critici, nequam illi iniuidiam, imò & pericu-
lum crearem, cum quedam eius dictoria obiter, &
Religionem, & Tribunal S. Officij pungere videantur.

Criticum immemorem, & officij, & beneficij in se
mei de me palam questum fuisse, quod eius nomen non
expressissimae, ipsumque Anonymum vocassim, &
per irrisiōnem dixisse me iniuria secum agere qui bap-
tizatus eset, & Parochum impositi sibi in baptismo

** 2 nominis

nominis testem haberet , cuius me testimonio conuictum
iri affirmabat : Quam ego facetiam , hoc lepido Epi-
grammate refutaui . Hac inscriptione .

Ad querimoniam Illustris cuiusdam Viri , expositu-
lantis cum Patre Macedo , quod se auctorem cuius-
dam opusculi Anonymum vocet , cum ipse proprio no-
mine gaudeat ; & ad faciendam fidem testimonium
baptismi afferentis , ut Macedum conuincat , quasi
Parocho fidem habere nolentem , ipsius Patris Macedi

RESPONSO.

Animaduertendo autem illustrum hunc Auctorem in
hoc suo Opusculo ita scripsisse , In hoc sum Cathe-
cumenus . Habetur Pag 30.

EPIGRAMMA.

Dicitur Anonymus , quem dixi in fronte libelli .
De me , quod tacui nomen , ubique queri .

Scilicet à Parocho sacro se fonte lauatum :
Atque adeò proprium nomen habere docet .

Hoc ego iure nego . Nam Catechumenus ille est ,
Qui sine Baptismo nomen habere nequit .

Hoc etenim in libro , sum Catechumenus , inquit :
Quare Baptismo , & nomine , iure caret .

Definat ergo queri de me ; de se ille queratur .
Anonymus , vel se Iudice , iure manet .

LECTO-



LECTORI OPTIMO.

NE te fallat, optime Lector, quod fefellit nobilem Criticum, moneo non esse mei instituti Annium Viterbiensem, & ab illo productos Scriptores defendere, sed ea solūm, quæ in Apologia P. Mazzæ suggillantur à Critico, quemadmodum in responione mea deprehendes. Hæ meæ partes sunt: non quas sibi singebat Criticus, qui magnam librorum vim per se, ac per amicos comparabat, ut me quasi defensorem Annij, Berosi, & aliorum, quos adducit auctorum refutaret, & ad id amicissimi cuiusdam Patauini lectoris, quem mihi infestum nouerat, opem implorabat, imò & ante tubam victoriæ canebat. Cognito tamen arguento operis mei omnes illæ machinæ euanuerunt, & ferreæ quas sinxerat turres prorsus corruerunt. Verùm enim verò quoniam tuendo Apologiam Mazzæ obiter fidem facio Annio, & auctoris ab eo laudatis, volo docere Criticum non esse impostorem Annium, nec illa fragmenta, quæ producit, commenta esse, quò pateat Annium patronis

tronis non destitui , atque adeò non esse contem-
nendum.

Probat Annium Florianus à Campo: Garibaius:
Vaseus : Beuter : Ponte : Maldonatus : Nebrissus :
Hieronymus Romanus : Nauclerus : Driedo :
Michael Medina : Valerius Anselmus : Petrus To-
losanus : Razzius : Fanus : Lucidus : Adricomius:
Vincentius Baronius : Sixtus Senensis. Atque ut
aliquos illius defensores nominem Leander Al-
bertus in descriptione Hettruriæ : Dionysius Goti-
fredus in præfat. Histor. Vniuers. Micrelius in
syntag. Hist. Sunt alij, quos nec vacat , nec lubet
inquirere . Hi sunt satis ad Critici calumpiam
propulsandam , in quibus ille tamen cum illo suo
Achate Patauino hospes esse videtur. Addo mo-
mentum auctoritatis viri insignis, qui hodie magna
eruditionis gloria floret Florentiæ , quem viuum
Litterarum thesaurum possis dicere, is est Antonius
Magliabeccus Serenissimi Magni Ducis Hettruriæ
Bibliothecarius , qui in litteris ad me datis An-
nium pro illo suo, in quo vixit tempore virum eruditissi-
mum fuisse fatetur. Aliud agebat Criticus , cùm
Annium impostorem vocabat, & Mazzam repre-
hendebat.

Parcius ista viris debinc obicienda memento .

Fr.

Fr. Franciscus Maria Rhini à Politio totius Ord.
Fratrum Minor. Seraph. P. N. S. Francisci
Minister Generalis, & Seruus.

Dilecto Nobis plurimum Christo R. P. Fratri Francisco à
S. Augustino Macedo Prouinciae nostrae Portugallie
Regularis Observantiae Alumno, Doctori eximio,
omni virtutum genere, & scientiarum ornato.
M. Salutem in Domino, qui est vera salus.

CV M tres ex Ordine nostro Theologi,
quibus commisimus, opus à Te
compositum Responsio ad notas, reuiderint,
& iuxta nostras, & Apostolicas Sanctiones ap-
probauerint: Tenore præsentium cùm salu-
tatis Obedientiæ merito facultatem Tibi faci-
mus, quatenus, seruatis cæteris de iure seruan-
dis, illud Typis mandare valeas. In cuius rei
testimonium has manu nostra subscriptas,
nostroque maiori Sigillo munitas damus.

Ex Aracœli de Vrbe die 29. Maij 1674.

Fr. Franciscus Maria Rhini de Politio
Minister Generalis.

De Mand. Suæ Pat. Reuerendiss.

Fr. Pius à Plac. Ord. Secret.

NOI

NOI REFORMATORI dello Studio di Padoua.



AVENDO per Fede del Padre Inquisitore di Verona. nel Libro intitolato *Responso ad Notas Auctore P. M. Fr. Francisco à Sancto Augustino Macedo*, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente, per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza à Gio: Battista Merlo di poterlo stampare, osservando gli ordini &c. Dat. 12. Luglio 1674.

{ *Andrea Contarini Cau. Proc. Ref.*
 { *Angelo Corraro Cau. Proc. Ref.*
 { *Battista Nani Cau. Proc. Ref.*

Angelo Nicolosi Secret.

NOI

Prz-



Præfatio ad Lectorem.

V M Superiori anno Veronam
edendi in lucem Operis causa ve-
nissim , ac propterea mihi necessi-
tudo cum Reuerendiss. Patre Fr.
Thoma à MaZZa Inquisitore
Dominicani Ordinis propter offi-
cia mihi præstata , & eximiæ eius virtutes inter-
cessisset , ac inter illius Conuentus Religiosos fa-
miliariter versarer , incidi in Commentarium
manuscriptum auctoris cuiusdam Anonymi No-
bilis eiusdem Urbis Ciuis , inuectiue modo com-
positum aduersus Librum Apologeticum eiusdem
Patris Inquisitoris pro scriptis Annij Viterbien-
sis . Legeram anteà hunc Apologeticum vernacu-
la scriptum lingua , qui mihi vehementer plaque-
rat ,

A
-

- 2 -

Præfatio ad Lectorem.

rat, tum propter nouitatem Operis, tum propter
styli granditatem, tum propter dictionis elegan-
tiam, tum præcipue propter copiam eruditionis,
cumque iudicauit numeris omnibus absolutum.
Hac opinione imbutus cum inuestiuam Anonymi
legiſsem plenam dicterij, & conuitij, & in den-
tata charta multorum morsuum vestigia reperiſ-
ſem, non potui non magnopere commoueri, cum
præsertim notasse signa quædam liuoris in au-
ctorem Apologetici concepti, ex quibus apparebat
non tam studio veritatis adſtruende, quam bilis
in auctorem Apologetici euomendæ Commenta-
rium, & scriptum, & vulgatum ab illo Anony-
mo fuiffe. Animaduerti eundem vebementi con-
tentioſis æſtu abreptum ſæpè ab ſcopo, & veri-
tate aberrare, & multa carpere, & fugillare, que
vera eſſe conſtabat, nec ullæ poteſtant ratione
impugnari. Et quamquam manuſcriptum eſſet
Opusculum, ſerpebat tamen in uulgus, & mul-
tiplicatis de industria exemplis, ad multorum
manus peruererat, & penitus vulgabatur, non
ſine magna Patris Inquisitoris infamia, & mu-
neris, quod gerebat, & Religionis, quam proſi-
tebatur dedecore, que res in publicam perniciem
redun-

Præfatio ad Lectorem.

3

redundabat. His ego rationibus commotus accende multorum hortatu, Fratrum præsertim illius Ordinis, quos iustus dolor incendebat, suscepit defensionem tum studio tuendi Patris Inquisitoris innocentiam, tum veritatem, quæ mihi semper cordi est, vindicandi. Videbam me conscientiæ lege teneri ad occurrentum infamiae viri Religiosi, & Officij Sancti, & Ordinis præclari; Itaque huius interuentu Opusculi à me compositi conatus sum calumnias, & iniurias à scriptore Anonymo illatas remouere. Nam si quis, cui sit compertum auferri aliena bona, lege charitatis tenetur auferentem arcere, & bona vindicare. Quantò maiori iure obligabitur is, qui videat proximum infamari, ad infamiam arcendam, & honorem ablatum vindicandum: longè quippe est pretiosior honor fortunis apud homines imprimis pios, & religiosos, qui bonis sponte sua spoliati unius se virtutis, & religionis studijs addixerunt, quibus nihil superest præter bonam famam, qua & aluntur, & sustentantur, ad decas Religionis, & Ecclesiæ ornamentum.

Equidem legens inuctiuam Anonymi male accipientis MaZZam, comperio eum minus agno-

A 2 uisse

nisse tantum virum, cuius si præstantiam nosset,
non dubito quin à conuictis abstineret. Norit
ergo illum, & doctrina, & virtute excellentem,
& ex præclaris muneribus, quibus laudabiliter
functus est, coniiciat, quanti sit faciendus. Ille
quippe viginti fermè annos Magisterium exer-
cuit, Philosophiæ, & Theologie Principes Ca-
thedras moderatus in ea Religione, quæ principa-
tum tenet in tradendis doctrinis. Itaque in An-
gelica schola refulsi à Sole illo Sancto Thoma
sapientiæ radijs illustratus. Audiuit eum Bo-
nonia palam docentem, & laureatum inter Prin-
cipes illius Cœnobij Doctores, qui eum tanquam
in omni genere doctrinarum florentem mirificè co-
luerunt: inter primarios Provinciæ Magistros,
quos appellant, gradum obtinuit, qui summo
magisterio perfruuntur. Præclarum sèpè singu-
laris scientiæ specimen præbuit, & adhuc ado-
lescens Positiones publicas, & solemnies cum
plausu, & gratulatione communi habuit, & in
palæstris litterarijs nobili pulucre sordidatus
apparuit: nec tantum in suggestu docuit, sed
etiam in pulpito fulminauit. Testis est Ecclesia
Cathedralis Bononiæ, quæ illum dicentem audi-
uit,

Præfatio ad Lectorem.

uit, & admiratione prosecuta est. Dicebat eleganter, pronunciabat aptè, agebat venustè, permouebat vehementer, & auditores quoctunque vellet mirabilis eloquentia pertrahebat.

Adulta ætate ob exquisitam prudentiam, & gravitatem iudicij, administrationem Religiosæ Republicæ iussus est à Superioribus suscipere, quare multos, & nobiles Conuentus prudenter rexerit, & feliciter administravit. Creuit fama viri aucta virtutum exemplis, & maior visus est, quam ut deberet domesticis claustris circumscribi. Igitur à supremis Sacrosanctæ Fidei Inquisitoribus euocatus est, & in publicam lucem tractus, ut novo splendore munus illud Inquisitorium condecoraret. Primum Cremæ, deinde Vicentiae, postea Kerone Inquisitoriam Prouinciam obiit, tanta dextritate, & prudentia, ut singularē apud omnes laudem sit promeritus. In causis suscipiendis catus, & circumspectus: in agendis diligens, & industrius: in perficiendis prudens, & accuratus. Id mirabile, quod eo in munere nemini iniussus, omnibus gratiosus fuit, tum domesticis, tum externis carnis; adeo ut cùm ex Prouincia discederet, semper ingens sui.

desr

6 Praefatio ad Lectorem.

desiderium relinquere. Nempe integritatem, cum benevolentia, seueritatem cum mansuetudine, grauitatem cum humanitate coniungebat. Eius rei argumentum est, quod modo ob grauissimas causas Verona Genuam transferendus, totam commouit Civitatem desiderio sui, ac nemo sit, qui non ægrè ferat illius recessum, quod sciant magnam se tanto viro absente passuros esse iacturam: verum eo se consolantur, quod vident hunc abscessum ei gloriæ fore, propter grauissimas, quæ interueniunt causas Verona Genuam transmittendi. Qua de re præclarum testimonium extat Eminentissimi Principis Cardinalis Francisci Albi^Zij Romanæ Curiæ oraculi, luminis, Ornamenti, qui in litteris ad me scriptis confirmat Sacris illis Patribus è Christiana Republica visum fuisse, ut Patri Ma^Zzæ tanquam præcipuo inter eius Ordinis viros, propter singularem prudentiam, eximiam doctrinam, probatam experientiam, incredibilem dexteritatem, præclarasque alias virtutes Genuensis illa Prouincia demandaretur. Quod palmarium testimonium haberi debet, utpote datum ab eo viro, apud quem ius, & veritas

va-

Præfatio ad Lectorem.

7

valet, & qui nunquam ab integritate recedit.

Vt proprius ad rem accedamus: multa scripsit, ediditque in lucem volumina, in quibus elucet multiplex eius doctrina cum singulari eloquentiae, & eruditionis laude coniuncta. Extat Panegyricus in Sanctum Raymundum: plane mirabilis, in quo cum eloquentissime dicat, & multa lumina sententiarum, venustissimis tropis admixta proferat, semper à canina littera abstinet, ac sine illa seruare potuit leges dictionis, & implere numeros eloquentiae, tanta felicitate, ut qui legat, litteram illam non desideret, immo ne illa quidem ad rationem eleganter dicendi quicquam attinere videatur. Edidit quoque Tractatum quendam moralem super prohibitione mulierum ab ingressu in Monasteria, idoneum sane, & in rem appositum, & accommodatum. Præterea scripsit elegantissime Claudiani Poetæ vitam, cum Apologia pro illius Fide Christiani; & elegantem Poetam Ecclesiae reddere multis, & præclaris rationibus contendit. Insuper difficile aggressus est opus, quod Apologiam scripsit pro Ioanne Annio Viterbiensi, sui Ordinis Fratre, magni nominis viro, ut eius fidem indubium à

ple-

onod

plerisque auctoribus vocatam affereret, & ab
objectionis calumnijs vindicaret. In quo certè mi-
rare est, quantum studij, & operæ posuerit, quām
se ingeniosum, & eruditum ostendat, ut propè
miraculo legentibus videatur, potuisse in re tam
spinoſa floridè, tam obscura nitidè, tam sterili
facundè, tam exili granditer, tam ieiuna eruditè
segerere. Quod ego opus cùm legiſſem magnopere
sum admiratus. Tandem componit ingens Opus
de Historia veterum Gothorum, quæ cùm diffici-
lis, & implexa sit, ab eo tamen sic explicatur,
ut multis luminibus abundet, & non mediocrem
splendorem ab illius calamo accipiat. Hæc Opera
Italica lingua scripta magnum ei afferunt elo-
quentiæ ornamentum. Alia quidem ille posset in-
tucem edere tum Philosophiæ, tum Theologie,
quas diu professus est doctrinas, & Sacrae Scrip-
turæ, & Sanctorum Patrum, quos munus Con-
cionatoris obiens euoluit, ac versauit, quæ ma-
nuscripta seruat; essentque magno usui littera-
ris hominibus futura, sed non vacat ei propter
grauissimas Inquisitorij muneras occupationes
euulgare.

Cæterum huic eruditissimo viro testimonium
hono-

Præfatio ad Lectorem.

9

honoriſcum reddunt Bartholomæus Recepitus
in ſua Veritate rediuiua, & Vincentius Maria
Fontana in ſuo Theatro Dominicanο. Hæc ſunt
ſcripta, & quidem præclara. Verum illud eſt
vocale præclarissimum, quod recens Capitulum
Nationale Placentiæ nuper congregatum com-
munibus ſuffragijs MaZZæ dedit eligens cum
Diffinitorem Generalem, quo nullum eſt munus
ſecundūm Prouinciale præſtantius; eius enim
eſt ad Capitulum Generale ſe conſerre, & ibi ſu-
fragari: quod ſignum, & prudentiæ, & doctri-
næ, & virtutis, & religioniſ haberi ſolet, nec
niſi viriſ præſtantiffimiſ defertur, cùm ex eo
magna ex parte pendeat totius Ordinis admini-
ſtratio. Conſonant hiſ virtutib⁹, & honori-
bus præconia ſummorum virorum, quorum
pauca nonnulla hic libet attexere.

Panegyricum de S. Raymundo commendauit
Illiſtrissimus, & Reuerendissimus D. Albertus
Baduarius Episcopus Cremensis, Vir omnibus
Nobilitatis, & Virtutis ornementis præditus
huiusmodi Elogio, quod initio eiusdem Panegy-
rici ſcriptum habetur.

Elucubratum Panegyricum meritò Typis eſt

B reim-

10 Præfatio ad Lectorem.

reiimprimendum, elegantia siquidem verborum, atque præclara eloquentia, illibatae pietati coniuncta, illud omni numero perfectum efficiunt. Et quod impensisissimi est Operis, nulla vox auditur concrepans sonitu elementi. Recognouit nimirum præfatus Antistes librum solemni more, & hoc singulari iudicio approbavit.

Magnum etiam momentum gloriae Mazzæ affert suo grauissimo calculo Illusterrimus, ac Reuerendissimus D. Sebastianus Pisanus Veronæ unius è Principibus Veneti Imperij Urbibus Episcopus, splendore sanguinis clarissimus: indole excelsa, animo magno, ingenio præstanti, iudicio summo, exquisita prudentia, eximia doctrina, spectata pietate, præclara munificencia, virtute singulari, moribus suauissimis, prisorum Antistitum effigies, recentium norma, imò idea veri Episcopatus: quem propter singularem erga omnes benevolentiam, & amorem erga se Civium, alterum, sed Christianum, Titum, Delicias humani populi possis appellare, à quo Mazza tanti fieri solitus erat, ut frequenter eum compellaret, ac eius consuetudine frue-

Præfatio ad Lectorem.

11

frueretur, eaque se mirifice oblectari fateretur,
propter eruditionem, & elegantiam, candorem
animi, grauitatemque iudicij. Cuius beneuo-
lentiae, & estimationis specimen dedit in hoc
ipso Mazza Verona discessu: eum quippe non
sine magno doloris sensu dimisit, qui dolor, &
amoris, & pretij pondus habuit, omni præco-
nio excellentius.

Verum illud palmarium, quod ab ipsa Sede
Apostolica suæ virtutis testimonium accepit.
Nam in eo diplomate, quo ei Prouincia Genuen-
sis Inquisitionis Generalis demandata fuit, hoc
Elogio affectus est Mazza à Sanctissimo P. D.
N. Clemente X. quod conceptis verbis afferre
volo.

CLEMENS PP. X.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam
benedictionem. Volentes pro No-
stri Pastoralis Officij solicitudine de
persona solerti, & idonea Officio In-
quisitionis hæreticæ prauitatis in Statu, & Do-
minio Ianuensi prouidere; sperantesque Te pro
B 2 tua

12 Præfatio ad Lectorem.

tua fide, pietate, doctrina, diligentia; & Catholicæ Religionis zelo illud rectè, & fideliter administraturum, Te in toto Statu, & Dominio prædictis nostrum, & Apostolicæ Sedis hæreticæ prauitatis Inquisitorem Generalem Apostolica auctoritate tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. Quo nullum, acroama glorioſius excogitari potest, cùm editum sit intra cortinam Sedis Apostolicæ, ubi Oracula Sancti Spiritus afflatu Diuino concipiuntur plena dignitatis, plena veritatis, plena auctoritatis.

Hunc tantum virum tot doctrinis ornatum, tot virtutibus insignem, tot muneribus decoratum, tot officijs functum, tot testimonijis commendatum, dicterijis impedit, contumelijis onerat, conuictijs proscindit, iste Criticus Anonymus Veronensis. Criminatur eum Blasphemiae, Abolitionis librorum Sacrorum, peruersiōnis Officij Inquisitorij, ineptiæ, imperitiæ, stoliditatis, inelegantiæ, barbarismi, prauitatis, insolentiæ, lapsus, absurditatis, insaniæ; addit alia improperia, quæ teretes, religioſæ aures ferre non possunt, nec debent.

EII

S D

Po-

Præfatio ad Lectorem. 13

Poterat Anonymus vir eruditus, & elegans, iurisperitus melius collocare calatum, & imitari Marchiones duos Illustrissimos, & doctissimos viros, suæ Ciuitatis ornamenta, quorum alter à Puteo dictus veritatis imaginem apud se reperit, eamque pulcherrimis coloribus descripsit libris editis ad Politicam administrationem ingeniose, ac eruditè comparatis. Alter à Pandemonte, qui Veronam amoenissimam in Urbem integrum Pindum montem cum Apolline, & Musarum choro induxit, & auream Cicadam omni Musa suauiorem venustè, & doctè, & eleganter garrientem repræsentauit, quæ strepera sua harmonia demulcet aures, titillat sensus, cordarapit, mentes erudit ad doctrinam, animos ad virtutem informat, pergitque alios commentarios suo ingenio dignos in lucem edere, oleo plusquam cedrino perungendos. Maluit Criticus secus agere, & rostro ferire; & lace rare, quam disertè, & eleganter cum sit bene Latinus, nec Græcè ignarus, dicere, & suauiter cantillare.

Respondebo igitur eo quo Sanctus Augustinus ordine, solitus erat obiectas sibi calumnias refellere,

14 Praefatio ad Lectorem.

lere, verbis aduersariorum adductis, ijsque diser-
tè propositis, & aptè refutatis, ac retortis, vt
responsionis vis, & ius appareret. Ita aduersus
Faustum, Parmenianum, Petilianum tom. 6.,
& contra Pelagium, & Iulianum tom. 7. Ope-
rum suorum. Afferam primum verba Patris
Mazzæ Auctoris; deinde adscribam notam
Critici; tandem refutationem meam subijciam.



AV-



A V C T O R.

Conuiciarlo. Pagina 1. linea 2.

C R I T I C V S.

Quintilianus. Conuiciari aliquando Patrocinij fides cogit.

V I N D E X.



Ria hic desidero; Primum, fidem in sententia, sic enim Quintilianus lib. 5. c. 2. ubi agit de præiudicijs. Refelluntur autem raro per contumeliam iudicium, nisi forte manifesta in his culpa erit. Secundum, distinctionem inter contumeliam, & conuicium, qui enim latinè sciunt, norunt aliquid interesse inter contumeliam, & conuicium, nam contumelia, nisi petulans sit, non erit conuicium. Tertium, momentum auctoritatis, nam Quintilianus non est Auctor idoneus, cum sit impius, itaque lib. 2. instit. cap. 17. dicit, mendacium Sapienti concedi, & lib. 12. cap. 1. viro bono permittit mentiri. Tandem, ut largiamur Critico conuicium seruire fidei, non ideo dandum est seruire liuori.

A V C T O R.

A V C T O R.

Præfatio ad Lectorum.

16

A V C T O R.

Violentata Apologia. Pag. i. lin. 4.

C R I T I C V S.

Mal a causa languens in se se habet opus accuratis pharmacis.

V I N D E X.

C Vr mala causa? singitur, non habetur. Qui lan-
guens? vnde languor? imponitur, non ineſt.
Probetur morbus, vt pharmacis locus ſit. Quid si opus
eſſet pharmacis, accuratissima in Apologia adhibet no-
ſter Auctor. Verum nec accuratione, nec curatione
opus eſt, dum languor non probatur. Hic planè Criti-
cus auctor.

A V C T O R.

Tanti, e ſi bei Monumenti. Pag. i. lin. 6.

C R I T I C V S.

Phy! miraris? an irrides? Prode caſam irriſionis. Poſtica,
& præpoſtera ſanna eſt, cui non oportet occurrere cum
Persio. Spanea xenodair. Hirundo Thracia.

AVCTOR.

A V C T O R.

Sotto infaustissimo Asterismo. Pag. 1. lin. 3.

C R I T I C V S.

Conscia Fati Sidera. Manilius.

V I N D E X.

Q Vorsus it? Quid vult hoc hemistichio? Aptius:
Heu durus Fati tenor. Statius: siue: Sors est sua cuicq;
ferenda. Manilius. Etiam homines siderantur.
Stellaturam agnosco sub sidere Cancri Virg. Enchelæ.
Nebulas verberares.

A V C T O R.

Liuor post Fata quiescit.

C R I T I C V S.

*Liuor numquam versus Annium seu viuentem, seu mor-
tuum in eruditis fuit: nec cur esset causa erat. Infrā. cap.
13. hic Auctor dicit inelegantiam hominis, non inuidiae illis
segetem suppeditasse, sed contemptus. Graculus Aesopicus
à Columbis deplumatus suo generi redditus, & litterariorum
eruditorum exclusus consortio, iampridem liuorem nepotum
resoluerat. Nunc Annū fallacys, nec arrident, qui nondum
are lauantur.*

V I N D E X.

N Out ne viuentem Annium, & coætaneos? Si non
nouit, qui ait, nemini viuum liuori fuisse? imo
ne omnes quidem post eum agnouit, quo iure igitur ne-

C gat

gat eos inuidisse , quos nullos agnouit ? An omnes eruditos ex se aestimat ? *Crimine ab uno disce omnes.* Virgilius . Quod ait auctorem cap. 13. dixisse inelegantiam hominis , id est Annij , non inuidia illi segetem suppeditasse , sed contemptus : minus est verum : nec enim id auctor affirmat ; tantum fatetur eum veritati intentum , ornatum dictio nis neglexisse , idque fortasse vitio rudioris saeculi accidisse ; An hoc est dicere segetem suppeditasse contemptui , vel , ut latinius loquar , ansam contemptui praebuisse ? imo ibi auctor expostulat cum Vossio , quod eo nomine inelegantiae Annium contemnat . Graculus Aesopicus ab re est , nam Annus inornatus quidem est , non alienis plumis vestitus , & quamuis colore careat elegantiæ , retinet tamen nudam veritatem . Nec excusat Criticus locos auctorum , quos adducit : nam hos illi non sibi attribuit , sed ijs , quos laudat auctori bus . Itaque nihil Annio est cum Graculo illo commune . Præterea in nullo est ære alieno . Norunt lippi , & tonfores eum æruscatorem non esse . Ingenuè protulit quæ reperit . Procul hinc *Aisop'ios nōnos.*

A V C T O R .

Non mai ne riportò che biasimi . *Pag. I. lin. 2.*

C R I T I C V S .

Nec putamus aliud promeritum . Communis consensus aiunt Iurisconsulti , facit ius .

V I N D E X .

Quasi censor Cato : fortè Tertius : nos secus existimamus . *Iam sumus ergo pares . Communis consensus , non omnis , facit ius . Nam & coniurato rum*

rum est communis consensus, & facit iniuriam. Bonorum consensio Ciuium facit ius, cum rem publicam sapit. Præterea nomen iuris analogum est, nam *Prætor Ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit, de iustitia, & iure*. *II. Paulus.*

A V C T O R.

Erano perciò tenuti per legge di giustitia, e carità?
Pag. 2. lin. 15.

C R I T I C V S.

An ut fucum facerent, & lectoribus imponerent, ut tandem ipsi irridarentur? Non obtusa adeò gestamus pectora Paní.

V I N D E X.

Fucus ne sit, & fraus, tueri quemquam? Non imponit qui impositam personam calumniæ detrahit, & notas inustas aufert. Nec irridebitur qui ignoscit, vel erranti. Huc spectat, non illuc. *Non obtusa adeò gestamus pectora Paní.* Pietatis illa vox fuit apud Didonem, immunitatis apud Criticum. Soli Manes nesciunt ignorare. At hic inhumanus præstat Manes. Inuenit modum defensionis auctor; nec fucum fecit; sed profecit, dum fucum arcuit.

A V C I T O R.

Pur nell'intervallo. *Pag. 2. lin. 8.*

C R I T I C V S.

Non absimilis Herostrato, obtinuit, ut eius libri illi famam conseruarent: non ad laudem, sed ad opprobrium.

C 2 VIN-

VINDE X.

Desideratur hic similitudo . Herostratus ab incendio templi Ephesini quæsivit famam cùm redegit incineres; quid simile molitus est Annus? imò sepultos autores è cineribus excitauit . Pedestris phrasis; non benè ferunt latinæ aures illam inelegantiam *obtinuit ut eius libri illi famam conseruarent* . Reliqua dictio famosa, & fumosa . Huc tandem recidit , paradigmà Herostrati . Stratus heros est hoc in loco Criticus: verè Heros stratus.

AVCTIOR.

Sò bene che hò à cimentarmi noncon vno , ò pochi .

Pag. 2. lin. 39.

C R I T I C V S.

Hoc ipsam deterrere debuit.

VINDE X.

Numerus non deterret, sed virtus . *Exiguus numero, sed bello viuia virtus.* Auctores non numerantur: penduntur . Tunc decuit cum Vossium nominabat . *Apparuit nugas nugaris.*

AVCTIOR.

E bramarei, e stimarei pur io .

C R I T I C V S.

Non ego.

VINDE X.

Crediderim. *Impar congressus Achilli.* Troilus Virgil. lib. I. *Viribus imparibus.* Pallas. Virgil. lib. IO.

AVCTOR.

A V C T O R.

Fauorito, & in grado di suo Teologo, e Consigliere.

Pag. 6. lin. 38.

C R I T I C V S.

*Gradus, & honores non sunt signa virtutis, quia multi
immerentes prouehuntur, contrà delitescunt mere-
tes iniusta præmia sortis reportantes.*

V I N D E X.

INepta sententia, & putida ratio. Infeliciter hic cal-
culum ponit Criticus Aristot. lib. 4. Eth. cap. 17.
τοῦς αρετῆς γὰρ ἀθλού τιμή οὐδὲ ἀπολέμεται τοῖς διατοῦσι. Cicero
de clar. Orat. Honos est præmium virtutis. Hoc clamat or-
bis, Leges iubent. Miseri Canditatisi honores ita infu-
scantur. Nemo est quin honores desideret. Lege Fa-
bium I. C. Commentarijs ad Tit. de diuersi. Reg. iur. an-
tiq. Iam verò ratio ruit. Non sequitur ex eo quod hono-
res interdum immerentibus deferantur, eos non esse signa
virtutis, quemadmodum nec ex eo, quod sèpè suppli-
cia innocentibus inferantur, sequitur ea esse signa vir-
tutis. Afficiuntur aliquando honoribus præmi, & sup-
plicijs boni, sed hoc contingit, non iure decernitur:
præter ius fit, non iure. Solem è Mundo tollit, qui ne-
gat honores præmia, & signa esse virtutis. Hoc est
Ex τῇ ἐγκαίρᾳ ταῖς ἐξαιρετικαῖς.

A V C T O R.

Prelato Maestro del Sacro Palazzo. Pag. 6. lin. 24.

C R I T I C V S.

Dignum Patella operculum: quantò glorioius erat ista siluise.

VIN.

V I N D E X.

INnocet hic Plautus Deos suos Patellarios, ne sinant Lectores de hac Patella edere. Rem indignam hanc paræmiam hic iactare. Non nouit Criticus quid sit Prælatura. Quod munus Magistri Sacri Palatij. Nouus est Romanæ. Legat libros ea de re scriptos. Ac imprimis Raymundum Capizucum Dominicanum eius Ordinis decus consulat, & ipsum hodie Magistrum Sacri Palatij, virum insignem nobilitate, virtute, doctrina: hic eum quale sit illud munus splendore iuxta, & personæ dignitate docebit. Splendidissimus honor est, qui propterea Dominicano Ordini tanquam Soli Ecclesiæ orienti à Romano Pontifice delatus fuit. Illud palmare: quod Dominicus Auctor Religionis, & origo lucis, primus fuit Magister Sacri Palatij, cuius facem sunt clarissima virorum lumen consecuta. Sed hæc Criticum latuerunt. Satis esset *απολύτων*, sed ille maluit *εργάσεων*.

A V C T O R.

Alabastro trasparente: perche le lettere erano cangianti, e mobili. Pag. 10. lin. 16.

C R I T I C V S.

Translucidos, pellucidos lapides legi, versicolores, præter hyacinthum, sed qui tantum mutet colores pro aeris mutatione, non legi. Mirabilis profecto iste lapis, & miraculo propior. An asseratur modo? An cum vulgantis fide abiit?

V I N D E X.

PRimum imponit auctori dictum. Non dixit mutari litteras pro aeris mutatione. Non enim de Chameleon-

leonte cogitabat , tantum dixit moueri , & mutari , id
autem posituræ , & situi attribui potest , non aeris , qui ne
admitti quidem intra lapidem potuit . Deinde ut id
quocunque tandem esset , minus sit incredibile , faciunt
ea , quæ de lapidibus narrat Plinius lib. 36. c. 17. 18. 22.
& lib. 37. c. 5. Δικτύον φυσικόν Rete inflas .²³

A V C T O R.

Scritte in caratteri Greci . Pag. 10. lin. 12.

C R I T I C V S.

Hetruscorum litteræ haud Graecæ erant , sed proprie : si verè
erant tales , quæ protalibns nobis suppositæ sunt .

V I N D E X.

S Vmit liberè quod non dedit auctor . Litteras esse He-
truscas , quas Græcas affirmat auctor . Græcae ergo co-
auctore erant non Hetruscæ . Qui ergo , & quorsum indu-
cit Criticus Hetruscas ? Antiquas , & antiquatas Græcas
proponit auctor . Criticus alias supponit . Fugientes
ne an caducas ? certius seruiles . Litteratus vir litterator
hic esse maluit .

A V C T O R.

E veniamo alla quinta Longobardica . Pag. 10. lin. 9.

C R I T I C V S.

Hanc tabulam habet fol. 220. quam Clunerius lib. 2. Ita-
liae cap. 3. fol. 564. adserit , non vanis documentis haberi
posse pro adulterina , quia Vetus Vrbis remotissimo hinc
fuerit situ apud Populonium Oppidum , & quia prima Italia
ab Italo Herulorum Rege dicta , non in Herruria , sed in Latio ,
Sabinoque Agro constitit , cum quia difficilis est disquisitio ,
quoniam

quenam fuerint hac quatuor Oppida, quæ in unius Vrbis muros coierint, nisi per mulorum milliarum ambitum Vrbem fingas, cuius magnitudinis nulla umquam memorata Vrbs sit in Hetruria memorata. Reliquas inscriptiones non vidi, quare super illis nihil dico. Adeas forte, an alias Anniani Commen-
ti. Vide Cluu. loco citato.

V I N D E X.

Hæc rem non continent. Auctor hic nihil de Vetu-
lonia, nec de Populonia tradit. Qui scire velit que-
nam, & cuius Regionis Vrbes fuerint, consulat Ptolo-
mæum, Melam, Plinium, & Commentatores Virgilij lib.
10. versu 172.

Sexcentos illi dederat Populonia mater.

Id constat: in Hetruria sitas. Quod iacit: non potuisse
quatuor Oppida in vnam Vrbem coire, refutamus multarum exemplo: quæ integræ penè Provinciæ fuerunt.
Roma 300. aliquando imò & 400. millaria impleuit.
Pequinum, & Nanquinum apud Sinas stupendæ sunt
magnitudinis. Macaum in Iaponia, Themistitanum
in America, & huiusmodi pares numerare possem.
Excutiat vetera Sacra Monumenta inueniet Ninives Ci-
uitatem magnam itinere dierum trium. Hic obriguit
pīxas a'rt' e'ris. Pilos pro lana &c.

A V C T O R.

Maiores nostri. Sic Annius. Pag. 11. lin. 18.

C R I T I C V S.

Maiores nostri non tantum qui etate præcesserunt: sed qui in
dignitate, aut Magistratu fuerunt. Horat. Sat. 6. lib. 1.
& ad eum locum.

VIN-

Nodum in Scirpo querit. Maiores propriè di-
cuntur priores, superiores ætate, antiqui, quos
ancestres dicunt Galli, προπάτορες Græci cum respectu
ad ætatem, quæ ἀνικητα. Hoc sensu loquitur Cicero quo-
ties dicit *maiores*. A maioribus nostris accepimus, & cæteri
Latinitatis Principes: quibus opponuntur *minores*, id est
postiores, sive nepotes, & qui nascentur ab illis. Sic Vir-
gilius lib. 6. *ut cuncte ferent ea fata minores.* A con-
trario patet germana significatio maiorum. *Ego meis ma-*
ioribus virtute mea praluxi, Cicero in Sallustium, aut qui
eo nomine gaudet auctor. Hic proprius sensus: pugnat
cum ea significatione maiorum, quam affert Criticus.
Rectè igitur, & Annius dixit *maiores nostri* pro superio-
ribus ætate, & optime vertit auctor *li antenati, li an-*
tichi. De his cogitabat Annius: non de dignitatibus,
aut honestatibus; quod si vox *maiores* interdum aliter
vñsurpatur, & pro ijs, qui in dignitate, aut magistratu
fuerunt, vt in loco, quem producit Horatij, id rarò fit.
Quamquam Horatius ibi loquitur de ijs maioribus, qui
fuerant nobiles, quales ipse non habuit, ac proinde ni-
hil detraxit germanæ significationi vocabuli, sed eam
coniunxit cum alia tanquam accita, non innata, & pro-
pria, quemadmodum appetet in ultimo carmine.

Ac si

Quæstor annus, pater atque meus, patruusque fuissent.
retinet quippè maiores ætate, quibus addit honestates.
Vtcumque sit; germanus sensus Annij est, quem repreſen-
tat auctor *antenati, antichi*. Quid illud est nisi *A'ntona*
toξéutiv?

D AVCTOR.

A V C T O R.

Non li seruiua à lui intento , anzi più tosto gli ostau.

Pag. 11. lin. 41.

C R I T I C V S.

Fallacis hominis inconstancia propria est (apponit Græcam sententiam , sed eam litura corrupit , non capio . Vertit ille tamen) falsitas enim non solum veritati , sed etiam sibi contraria est ; nominat verò Theodoratum 5. de curat.

V I N D E X.

Vbi fallacia ? imo recta ratio argumentandi in Anno , homine Theologo assueto scholis ; vbi inconstancia adhæret sua sententia tanquam Polypus lapidi : non sibi contrarius , sed similis , & tenax sui . Veritat alio stylum Criticus , non nos fallet obiecta ista persona fallacie . Scopum collimauit Annus . Rem acutetigit auctor . Quid hoc est nisi *αγνοίαζεν* ?

A V C T O R.

Mà erano questi superbi maledici così pertinaci.

Pag. 12. lin. 14.

C R I T I C V S.

Nimis iracundè bone vir ; frustra debuerat in re nota , & manifesta aliorum sententiam exquirere . Latinus ingenuus homo , & qui in eruditorum numero non postremum locum sortitus , quem Concius etiam levitatis pudore . An debuerat inscriptionem pro vera habere , quæ veritati repugnaret ? Et quia impellor , ut prius inquiram , dico litteris quadratis . Osirim nunquam fuisse in Italia . Tu numerit probare .

VIN-

37

V I N D E X.

PRo alio pugnanti si ardentius agat ignoscendum. **T**e-lamira facit, & torquet. Cum Latinio expostulat auctor ubi ille calumniatur Annium **F**rātrem ne desere **F**rater. Non negat magnum virum esse Latinium. **S**ed quandoque bonus dormitat Homerus. Tunc fuit vehementius accipiendus, & cum allatrabat aliū, allatrandus. An Osiris fuerit in Italia? aliena quæstio est. Ianum volunt Annius, & auctor in Italia, non Osirim. **A**gamus de tribus capillis. Martial.

A V C T O R.

Disaperne il netto, e poi cianciare. Pag. 12. lin. 27.

C R I T I C V S.

Desperata causa in aduersarū maledicentiam inquirit,
Bona causa sibi ipsi sufficit, & quō aduersarū propteriores,
eō facilius emergit. Mirum vitis, Volaterrani, & Sabellici
inuidiam viuere adhuc tot lustris decursis, & neminem, Maz-
za excepto, simplicitatem hominis agnouisse, quinimo suf-
fragia contra eum magis, magisque exasperasse. Diuersum
contigisse video in Homero aduersus Homeromastyges suos:
Hieronymo aduersus Ruffinum. Et ne omnes numerem Scali-
gero, Lipsio, & alijs, qui contrariorum inuidiam in austio-
rem splendorem sibi commutarunt. Nec illud venit dā al
Cane. Dagli, dagli.

V I N D E X.

Causa bona sub iniquo Iudice laborat. Bona causa Socratis, & Aristidis Athenis. Optima Ciceronis Romæ, at illi damnati sunt. Causa Pompeij nihil boni habuit præter causam, ait Cicero ad Atticum. Probauit Cato:

D 2 Dij

Dij non probarunt. Vites, Volaterranus, Sabellicus homines erant, potuerunt habere aliquid humanum, imo & inhumanum; debuerant mittere sanguinem inuidiaz sine dolore. Non deerit patronus causæ Annianæ, & quidem præclarus Mazza. Serus defensor, sed serius, ac solidus. Hoc in rem facit. Alterius Annij causa, vel Cicerone patrono, cecidit. Quid queris? Homeri exemplum petitum longius, nec minus Hieronymi. Scaliger, & Lipsius non carent nœuis. Sunt qui eorum luminibus obstruxerunt. Iam vero illud rectè cadit dà al Cane, dum Mazza non interuenit: nunc eius interuentu euanevit parœmia. Non destitui Patronis Annium satis in Proemio multis, & idoneis productis ostendimus. οἰδε τας ὁδοὺς δοπτερ ἐφύγειν Ευκράτην. Nouit vias, quibus effugit Eu-
crates.

A V C T O R.

Del Volaterrano. Pag. 13. lin. 1.

C R I T I C U S.

Quid Volaterrano successerit nescio: scio quantum veritati machinatus sit iste litterator Annius.

V I N D E X.

SCIT Auctor, & narrat. Litigator litteratorem vocat, quem litteratum nos dicimus. Quid sit contra veritatem machinatus nescio. Scio Criticum in Annium machinas commoliri, machinosum scriptum hoc esse comperio. *Lanceem in libra.*

A V C T O R.

Fù de' migliori Scrittori del suo tempo. Pag. 14. lin. 17.
CRI-

C R I T I C V S.

Pace vestrariceat dixisse Primi: omnium pudorem perdidisti.

V I N D E X.

Hoc est, vt ait Ouidius, *fines transire pudoris. Pudeat dicti, imò & plegeat necesse est. Ultimus perdit pudorem.* Non potest accipi hoc dictum sine pudore Critici, nam si hoc est perdere pudorem, quod est laudare Annium, multi ante Mazzam pudorem perdiderunt; inter quos numerandus est Leander Alberti, & non impar Vossio (vt clausus clavo trudam) Michrelius. *Quin vir litteratissimus, & qui numeros omnes auctoritatis tenet propter infinitam Scriptorum Lectionem, Antonius Magliabechus, mens, & anima Florentinæ Bibliothecæ, pudorem amisit.* In litteris quippe ad me datis, ait Annium pro suæ ætatis conditione doctissimum fuisse: quem si Criticus virum nosset eius dictum oraculum putaret. *Vt minus doctus esset Annius: Nemo est negligendus, in quo aliqua virtutis significatio appareat, auctore Cicerone,* lib. I. Off.

A V C T O R.

La morte poi, che per compassione lo sottrasse.

Pag. 15. lin. 16.

C R I T I C V S.

De prima quantum velit Crinitum, aut qui Ioannis Annij imperium imposturam arguunt. Semper Ioannes Annus Vi- terbiensis erit, & nunquam locum amissum recuperabit: ne- quidem si Baulus cum Aristophane enitatur.

VIN-

V N N I D E X.

ELeuat auctoritatem Criniti, ne obruat Annium, & producit auctores eleuantes : ac veniam modestè petit reprehensionis, non ut deprimat Crinitum, sed ut excusat defensionem sodalis, quem si Crinitus non laceraret minimè à Mazza laceßeretur. Commodùm Mazza Criniti crines cepit in Annium crinientis. Annius non desinet esse Annius ; perennabit: benè feret annos hoc patrono, imò æternabit: nec nubes Aristophanis timebit. Rhodi Solem inueniet. Απεγένεται τελχίας.

A V C T O R.

L'antichità basta à rendergli sospetti. Pag. 15. lin. 3.

C R I T I C U S.

Nouum acumen. Damnat antiquitatem, quam alijs omnes requirunt in librorum commendationem. O bone ! Contra, ideò damnat libros ab Anno protrusos, quia nihil habent antiquitatis veræ, sed omnia sunt nouitia, & insubida commenza. At (qua blasphemia ab ore Inquisitoris !) Antiquitas, inquit, potuit abolere Librorum Sacrorum auctoritatem. Ita ne in hoc sum Catechumenus. Doceat si potest qui Sacra Scriptura Libri sunt recepti esse nouitios, & ob id in pretio esse, aut contra, quia sunt antiqui non esse alicuius auctoritatis. O impudentia ! Pergit Inquisitor Hæretica prauitatis inter Canonicos Libros Enoch ponere, at vereor ne in Anno totus obriguerit in Sanctis Patribus. Audi Hieronymum Epist. ad Lettam de Libris Enoch, Eliae, & aliorum è Patriarchis. Scendum non eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admista vitijsa, & grandis esse prudenter aurum in luto querere. Thadeus autem, sine Iudas non in Libris Enoch facit auctoritatem, sed eos aduocat, perinde ac si Musæ iratae in

Anno

Anno aurum in luto quererent. Hieronymus autem in Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo Iude Epistolam ab istud solum, quod de Enoch Libris mentionem fecerit, in dubio positum asserit. Porro risi in sententia, quam elicit è versibus Horatij, qui mecum simul ridere vult eius begat interpretes.

V I N D E X.

Pensiculatiū hæc examinanda sunt cùm sint grauissima, & auctor à Critico Inquisitor appelletur, & Crisis in tanti Officij dedecus redundet.

Primum illa manifesta calumnia est. *Damnat Antiquitatem, quam alij omnes requirant in Librorum commendationem.* Non damnat Antiquitatem, sed nimiam Antiquitatem. Lege titulum huius capitii octauii: huiusmodi est.

Troppa antichità pregiudica all'autentichezza de' Libri.

Nota *troppa*: non igitur damnat antiquitatem, sed nimium in antiquitate. Ne quid nimis, vel in iure. Nam summum ius summa iniuria. Ita apud Inferos Rhadamanthus, *Vera nimis poscens in Statio.* Poscere vera iustum: nimis vera iniustum. De hac postea idem auctor: *Questa è la più corrosivaarma de' Libri,* namque nimis antiqua sunt abolenda, sunt & antiquanda; quemadmodum etiam vocabula nimis prisca obsolescunt, & obsoleta obliterantur; antiquitas nimia suspectam fidem facit: temporis, & loci distantia licentiam præbet singendi. Sic capio Virgilium lib. 7.

Fama est obscurior annis, obscuratur tempore, & obtunditur.

Rem continet illa præclara Liuī sententia lib. primo decade I. initio. *Quæ ante conditam, condendamue Vrbem Poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo est.* Datur hac venia antiquati, ut miscendo humana

manæ diuinis primordia Vrbium angustiora faciat. Ecce
 mistio rerum humanarum cum fabulis Deorum ab anti-
 quitate. Aptè in locum auctor: nocuit, inquit, libris,
 quos extudit, & produxit nimia vetustas, quæ eos sus-
 pectos mendacij reddidit. Quid hic Criticus? Ne Mo-
 mus quidem carpat. De Libris Annij agit auctor, &
 quanquam generatim loquatur cautè dicit. *Libri di Auc-
 tori sì vecchi.* Nota particula sì, idest tantæ vetustatis.
 Haec tenus de libris profanis. Cur igitur dè blasphemia
 Criticus hominem accusat? Verum respondebit se appelle-
 lare blasphemiam sequentem auctoris sententiam. Hā
 potuto questa antichità troppa per sino de' Libri Santi abo-
 tire l'autentichezza, e farli estrahere dè Canoni l'autore-
 uoli, e legitti: de' qual fosse cerca, & indubitable la since-
 rità della scrittura, e condannarli trà l'apocrifi, e dubiosi.
 Come fà del Libro di Enoc giusto, del quale giudicò S. Agosti-
 no nel cap. 38. della Città spirituale, che Nimia fecit anti-
 quitas, ut apud nos in auctoritate non esset. E pure questo
 era un Libro Santo, composto da un Santo Autore, cioè da quell'
 Enoco, la cui innocenza. Et rursus: Un Libro autorizato,
 etiamdio dall'Apostolo Tadeo nella sua Canonica, fù nondim-
 meno tratto in sospetto di non sincera verità, quanto ad ogni
 sua parte preualendo la souterchia antichità; Et postea han-
 antiquitatem cùm improbat, ait: Monstruosa antiquitas
 ab Scaligero. Sentit, & loquitur cum Augustino auctor
 noster: non igitur blasphemat, imò Criticus deblate-
 rat. Non dicit Mazza, quod ei imponit Criticus. An-
 tiquitas potuit abolere Librorum Sacrorum auctoritatem.
 Vnde Criticus infert: doceat si potest qui Sacra Scripture
 Libri recepti sunt esse nouitios, & ob id in pretio esse,
 aut contrà, quia sunt antiqui non esse alicuius auctori-
 tatis. Falsa est illa prima propositio, & falsissima hæc
 consecutio, & appetet Critici calumnia. Dicit auctor:

Vide

Vide quantum noceat nimia ista antiquitas, ut potuerit etiam Librorum Sanctorum auctoritatem abolere, & à Canone Sanctorum excludere: qualis fuit Liber Enoch. Non dicit Sanctorum, qui iam erant legitimi, & in Canone, quod singlit Criticus, & in consecutione ponit, sed Sanctorum, qui cùm tales essent, & apti aliunde ut venirent in Canone, propter nimiam antiquitatem à Canone sunt exclusi. Audiamus Augustinum idem docentem, à quo auctor didicit lib. 15. de Ciui. c. 23. *Omittamus*, inquit, earum scripturarum fabulas, quæ apocrypha nuncupantur, eo quod earum origo non claruit Patribus, à quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima, & nouissima successione peruenit. In his autem apocryphis, & si inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est Canonica auctoritas. Scriptisse quidem nonnulla diuina Enoch illum septimum ab Adamo negare non possumus, cùm hoc in Epistola Canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo Canone scripturarum, qui seruabatur in Templo Hebreæ Populi succendentium diligentia Sacerdotum. Cur autem hoc nisi ob antiquitatem suspectæ Fidei indicata sunt: nec utrum hec essent, qua ille scriptisset, poterat inueniri non talibus proferentibus, qui eaper seriem successionis reperirentur ritè ieruasse. Hunc locum Augustini habebat præ oculis Mazza cùm illa scribebat; & patet ex verbis Augustini, quæ ibi adducit pag. 16. lin. 4. Eat nunc Criticus, & expostulet cum Augustino, quod dicat scripturarum quasdam continere fabulas, & apocryphas esse: quasdam narrare diuina, & apocryphas non esse, quales sunt legitimæ, & Canonicae. Atque huius discriminis causam antiquitatem esse, sicut accedit Libro Enoch. Observandum verò est neque Augustinum, neque auctorem dixisse antiquitatem nocuisse libris Canoniciis, sed Libris Sanctis, & quædam diuina continentibus, nam Ca-

E nonici

nonici iam erant legitimi, & semel redacti in Canone non poterant vlla ratione aboliri, cùm aboliri possent hi, qui & si Sancti, non erant tamen Canonici. Ex quo apparet iniq[ue]itas censor[um] Critici loquentis de Canonis, & hoc imponentis auctori. Pudeat eum illius dicti doceat si potest qui Sacrae Scripturae Libri recepti sunt esse nouitios. Non loquitur auctor de Libris iam receptis, sed de ijs, qui non erant recepti, nec ait Libros in pretio esse, quod sint nouitij: nec id sequitur ex eo, quod dixerat quibusdam Libris nocuisse antiquitatem, non enim ideo laudauit nouitatem receptorum cùm sint antiqui, vt portè à Moyse scripti, qui satis est antiquus, quod prorsus constat. Cui enim veniat in mentem Libros Canonicos esse nouitios? Aut quis tam desipiat, vt dicat, quod interfert Criticus, eos Libros receptos, & Canonicos, quia sunt antiqui non esse alicuius auctoritatis? Vnde hoc deducit Criticus, & quomodo id deducetum imponit auctori? Parcius ista hominicordato, & Augustinum sonanti. Poterat quidem dicere, vt ego dico, illos Libros Moysi, & reliquos Sacros Canonicos, minus esse quam illum Enoch antiquos, cui nimia antiquitas nocuit quod ante diluvium scriptus erat, ac ob id suspectus: cùm alij debitam, & iustum antiquitatem habuerint. Non monstrosam, neque nimiam, de qua loquitur Augustinus, & auctor. Vnde non verebimur dicere eos Libros, qui sunt in Canone recentiores esse quam illum Enoch, ac respectu illius *nouiores*, vt ita dicam: non ideo tamen esse nouitios, & nullius auctoritatis, cùm sint antiquissimi, & Canonici. Imò quo tempore erant nouitij, & recens scripti ab auctori bus iam, tum erant legitimi, & diuinæ auctoritatis, quia constabat inspiratos esse à Deo iam tum Diuinæ Scripturas Sanctis Hominibus dictante: quod non constabat de illo prisco tempore ante diluvium,

uium, imò & ante Moysem, qui primus videtur Librorum Sacrorum, & legitimorum auctor. Quòd si Iob illum scribendo antecessit, quemadmodum tradunt hi, qui Iob Libri sui faciunt auctorem, certè illa antiquitas longè post diluvium fuit, atque adeò idonea fuit. Verum maior pars Scriptorum antiquorum attribuit illum Librum, aut Moysi, qualis est Origenes, Rabbini, & Beda; aut Salomoni, qualis est Nazianzenus, & Nicasius, de quo nostom. de Clauibus Petri lib. 2. de Clavi Sacrarum Scripturarum cap. I. accurate discruimus, & illum Librum à Iobo compositum esse affirmamus cum Alberto Magno, & Hugone Cardinali, & recentioribus, animaduertentes tamen scriptum fuisse idiomate Syriaco, & Chaldaico, & à Moysi in Hebraicum tradutum, & inde fortasse Cànonicum fieri cœptum, ut Moyses sit princeps auctor Librorum Sacrorum. Vt cunque res hæc se habeat, antiquitas Iobo non nocuit, quòd non nimia, nec monstruosa erat, vt loquar cum Scaligero, quia infra diluvium: nocuit autem Libro Enoch, qui fuerat scriptus ante diluvium. Liquet ergo defensio auctoris, & apparet calumnia Critici, quam oportet obliterari. Nec dubito quin ille pro sua conscientia debat, cùm præsertim, & redundet in Augustinum, quem nefas esset incur sare. Iam verò illa exclamatio *impudentia! Inquisitor Heretice & prauitatis pergit inter Canonicos Libros Enoch ponere; indigna est Critico proferente.* Glossema cuiuspiam amanuensis puto: nec enim illa verba sonant Christianam modestiam, nec sapiunt Vabanitatem: cadunt in rem omnino falsam. Nec enim Mazza pergit Librum Enoch ponere inter Canonicos cùm excludat: vt patet ex illius verbis, & ratione ducta à nimia, & obsoleta vetustate. Nouit optimè grauis auctor, & Inquisitor Mazza eum Librum rejici à Magno

Augustinō, & Gelasio Papā in suo Decreto relato capi
Romana Ecclesia d. 25. Quomodo autem, & quatenus
eum allegauit Iudas, nos perspicue diximus tom. de
Clauibus lib. 2. cap. 4. post medium. Hoc autem doce-
re alterius est loci, & otij. Nostri nunc est Mazzam
vendicare à calumnia, quemadmodum opinor iustè, &
manifestè vendicauimus.

Nescio quid sibi voluerit Criticus fatendo se Cate-
chumenum, non enim videtur nosse quid Catechume-
nus significet, nam mens illius est se non credere Mazzæ,
quasi Catechumeni non credant; hoc autem secus est,
nam Catechumenus credit, quamquam non sit baptiza-
tus. Vnde egregie Augustinus *Catechumenus credit Christo, sed Christus non se credit ei.* Non igitur rem attigit Cri-
ticus, cùm ut neget se credere, Catechumenum se profi-
tetur. Quid notiūs, quād de symbolo ad Catechumenos?
Superest illa particula: *Porrò risi in sententia, quam*
clicit è versibus Horatij: qui mecum simul vult ridere eius
legat interpretes. Amo interdum risum, sed non irrisio-
nem, hic risus suspectus est. Criticus ridendo irridet,
ac arridet irridere Mazzam. Non patior. Nam ego,
qui interpretes Horatij legi, & hunc locum de Codro, de
Inacho, & illo interpretatus sum comperi eum sensum
esse. Horatium inuitare amicum Telephum ad cutem
curandam, & genio indulgendum, reuocando illum à
feueris studijs. Et quo id facilius obtineat, inducit prif-
cas, & obsoletas fabulas, seu malis historias Codri, &
Inachi, & Regum, & temporum inter ipsos seriem, & bel-
lum Troianum tot commentis inuolutum, quasi illarum
terum commemoratio antiquitate nimia obliteratarum
inutilis esset ad hominem occupandum. Nam cur non
attulit alia exempla, & recentiora, & nitidiora? nisi
quia haec digniora erant studio, & occupatione litera-
ria,

ria, à quibus homo doctus difficile, & inuite reuocare-
tur. Vnde apparet mentem Horatij fuisse prisca etiam,
& vetustate corrupta monumenta vituperare, vt facilius
Telephum ad saginam traduceret. Igitur nihil hic ri-
dendum inuenitur, cùm interpretatio sit seria, & apta,
remque antiquitatis contineat.

Oὐτῷ επεργάλλωτόν εἰναι τὸν Λέοντα.

A V C T O R.
Nche non trouo ancora esser fatto da niuno.

Pag. 16. lin. 13.

C R I T I C V S.

Tamen infra plurimi sunt qui fecerint. Videbimus fol. 17.

V I N D E X.

HAud stetit promissis. Nihil ibi in rem. *aliquovis*, *Nunc*
oblita mihi. Virgil. *Memoriela vacillare*. Cic. Att.

A V C T O R.

Hauete pur voi ripresi. *Pag. 18. lin. 22.*

C R I T I C V S.

Aliud est indicare, & censuram agere cum iudicio; aliud
insulse, insubide, fatue, & infrunite.

V I N D E X.

IMò scio aliud esse iudicare, aliud censuram agere:
cùmhoc sit Magistratum gerere, sive exercere munus
censorum, quod ad mores pertinebat corrigendos, & vix
trahatur ad dicta, & sententias Scriptorum examinan-
das, & corrigendas, nisi me latinitas fallit; sed vulgus,
& Criticus aliud vult. Iudicare latius se extendit, & com-

pre-

hendit iudicium publicum, & priuatum de re qualibet,
& quolibet scripto. Præterea illa aduerbia *insubide*, *infrunite* obsoleta sunt. Scio ea à Gellio, & Macrobio
vsurpari: sed non propterea probo, assuetus Terentio,
Ciceroni, & Liui, & aureæ ætati. Verum non mul-
tum de his contendeo. Sensum inquiero. Quid sibi vult
Criticus? Damnare Annium, quod *insulsè*, *insubide*,
fatuè, *infrunite* iudicavit de Tito Liui? An Voniū,
quod de alijs ita censuit? Nihil enim distinguit quoquo
sit modo probare id debet. Dum non probat *Lupum au-*
ribus tenet, *nec proficit bilum*. Perspicuè, ac eruditè
ostendit Mazza haud temere iudicasse Annium tot pro-
ductis, qui cum eo sentiunt auctoribus. Δεῖλος ὁ πόλυ
έκεις.

A V C T O R.

Quinto Fabio Pittore Historico. Pag. 18. lin. 31.

C R I T I C V S.

Fabij Pictoris, Marci Catonis, Sempronij utriusque uti-
nam ut notitiam habemus, ita eorum copia nobis esset. Non
est cur polyhistor noster laboret eorum notitia. Satis fuisse si
fragmenta eorum legitima ab Riccobono collecta contulisset
cum Spurijs Antonianis. Forsan si aliquod iudicium in litteris
habet, abstineret hac Apologia. Sed respondet fol. 124.
nolle se Annij Libros pro legitimis illorum auctorum, quorum
nomine prætitulati sunt, vlla ratione defendere: sed illud
contendere, Annium suum, quem ante fol. 18. 16 vocauerat
Honorato Religioso planum non fuisse, nec impostorem:
que si concedi pro maiori parte causam vicimus, & iam benè
speramus de reliquo. De Antonino dicemus peculiari capite
infra.

VIN-

et,
in-
io
o,
il-
lt
e,
n,
10
-
tè
o-
lu

K. I N D E . X .

39.

Accipio hanc confessionem Critici, & in usum verto.
Si haec fragmenta extant, cur non extabunt plura, & in his non erunt illa Anniana? Probet hoc esse Criticus? An sola erunt legitima, quæ Riccobonus collegit? qui confirmet? Nemo existimabat esse alia Petronij Arbitri fragmenta, quam quæ hactenus habebamus: inuentum est nuper, & productum unum satis longum, & fuit Alexandro Septimo eruditio Pontifici si minus receptum, certè non reiectum. Vereor ut si Annus reperisset repudiaretur. Ea est hominis fortuna. Quotidie prodeunt e Bibliothecis manuscripta vetustate corrofa, & cum plausu excipi solent: sola Anniana, expenduntur, exhibantur. Quare? quia sic voluere priores quidam æmulatione fortasse, & inuidia ducti, minus æqui rerum æstimatores. Illa non est ferenda particula, quam Criticus inserit, *si aliquid iudicium in litteris habet*. Supra se dixerat Catechumenum: hic tanquam non baptizatus loquitur. Siccine agitur cum homine. Theologo, Scholæ Angelicæ Magistro præclaro, eius loci, officij, auctoritatis, eruditionis, qui à Supremo Sancti Officij Senatu dignus est habitus, qui de grauissimis causis, & scriptis iudicium ferret? O iniuriam! Quantum ille valeat in litteris satis appareat ex hac sua pro Annij scriptis Apologia, quam qui legat reconditam eruditionem mirabitur ex plurimum Scriptorum monumentis collectam. Verum Vespis, et araneis insitum est ubi flos, & mel est, inde fel, & virus extrahere. Rectè ille non omnia in Annio probat: medium quippenet, & iure agit, non iudicium præcipitat, & torrentis more cuncta secum voluit. Aliud est defendere, aliud approbare: excusantur multa, quæ non

non approbantur. Quo nunc Hector abis? Sequeris namque irrita cursu.

A V C T O R.

Mà io in contradittione di loro. Pag. 20, lin. 16.

C R I T I C V S.

Eadem est ratio aientis, & negantis.

V I N D E X.

Igitur tām est probabile ea fragmenta esse vera; quām falsa, & supposititia. Cur ergo assentitur negantit. Vōlio, non aienti Mazzæ esse vera? Si eadem ratio in utramque partem valet. Criticus inter Aēxones Atticos numerandus.

A V C T O R.

Schedolati Libri. Ibidem lin. 4.

C R I T I C V S.

Pulcrum verbum nunquam imitandum.

V I N D E X.

IRonicè dicit pulcrum. Cur non liceat vocabulum illud formare homini Italo eloquenti, & vulgari sermone retento? Licuit Plauto, licuit Horatio, imò licuit Tullio Latinæ linguz parenti augere latinam linguam. Hoc auctore non solum licuit, sed etiam decuit, & debuit quod ipse docuit cūm dixit Philosophiam Moralem. Parim hoc fit ab Hispanis, Germanis, Italisi, Gallis. Constat mihi harum non imperito linguarum. Si latinum innouaret vocabulum non ferrem: Italo Italice loquenti condono. Non videmus tamen manticæ, quod in tergo est: ipse Criticus supra prætitulatus latine, dixit;

41

dixit; In quibus thesauris latinitatis hoc vocabulum reperit? *Væ tibi tam nigra.* Sic loquitur quasi *Δεὸς Τυχος Iouis suffragium.*

A V C T O R.

Intorno à questo Guilielmo Colletore. *Ibidem lin. vlt.*

C R I T I C V S.

Hunc Guilielmum fuisse talem, qualem MaZZa credit, maluissem alijs argumentis persuadere: rem expendamus.

Viciata est hæc pars scripturæ, in exemplo mihi oblato. In summam redigo, & sensum Critici propono. Arguit leuitatis Annū, quod crediderit hisce Guilielmī collectionibūs, quas fictas esse contendit Criticus, ac propè est ut neget ipsum, etiam Guilielmum fuisse. Itaque affirmat illa fragmenta commenta esse.

V I N D E X.

NVllum fuisse istum Guilielmum adduci non possum ut credam; quis enim audeat nouum hominem fingere, & qui nunquam fuit eum in rerum naturam inducere? Ego certè minimè auderem, nec puto quemquam, dummodo sit, ausurum. Fuit ergo. Cur non potuerit eam collectionem facere non video: nec possum non penitus acquiescere eruditio auctori rem studiosè, ac diligenter probanti. Idque apto exemplo confirmo. In Lusitania nostra Nobilis quidam fuit Regum Chronologus Monachus Cisterciensis, S. Bernardi vocant Ordinis, dictus Bernardus à Britto. Hic multa in suis libris retulit cuiusdam Scriptoris antiquissimi, Laymundum appellabat, quæ quia inaudita antea fuerant, & auctor ignotus, putabantur vulgò commenta, idq; Britto multicū sanna exprobrabant, quasi ille auctorem illum con-

F fin-

42

finxisset. Quin etiam contra scripserunt nonnulli eruditii.
Pupugit hoc doctum quendam eiusdem instituti Monachum, qui honorem, & fidem Britti scripta quadam Apologia vendicauit, probauitque Laymendum inueniri manuscriptum in Regia Bibliotheca insigni Conuentus Alcobazæ, vbi eum ego ipsem vidi, quem etiam reddiderant ambiguum illæ cauillationes Critorum. Ac exinde didici minus temerè de Scriptoribus iudicare.

A V C T O R.

Ecco Leandro Alberti Scrittore. Pag. 21. lin. 19.

C R I T I C V S.

Leander Albertus non dicit rem ponderare, sed chartas de-
ritas astu Annys, ut ei antiquitatis titulum compararet.
Quid autem concludat Mazza Lector viderit. Mitto ab unius
indicio, reliquos in re litteraria non debere esse pendentes.
Nam Cardinalis testimonium nihil moror. Qui quidem si in
vixit esset forsitan interrogatus ultrò proderet furtum Annys,
& confessus esset Sabellio, Volaterrano, & alijs.

V I N D E X.

L eandro habenda omnino est fides. Affirmanti se iuuen-
nem vidisse autographa, non antigrapha. Num ipse
Annus etiam finxit autographa? Sic memini quosdam
malè animatos in Bernardum Brittum dixisse totum il-
lum auctorem Laymendum finxisse. Quid his homini-
bus faciemus, qui vt sustineant quæ sibi semel persuase-
runt, pergunt hæc adynata affirmare, & putant se pro-
ficere. Evidem propè sum vt credam, quemadmodum
Laymndus verus est auctor, ita & illos, quos producit
Annus veros fuisse. Nam cur fidem habeam Critico, qui
etiam de fide Cardinalis dubitat? Superest eum mor-
tuum

43

tuum consulere: ille non eredet nisi vocem sepulti audiatur. Omnia ne finxit Annius? Credat Iudeus Apella. Non puto hominem Religiosum, & g. auem tam g. ha-
uiter fuisse impudentem. Leander ~~avrum~~ fuit testis,
vt ait Plautus, oculatus.

A V C T O R.

Sono reliquie di quei gran corpi, e come Schedole dell'i
integri volumi. Pag. 21. lin. 25.

I T E R V M A V C T O R.

La seconda che i Protografi di detti Scrittori. Lin. 36.

R V R S V S.

Original fonte di essi annali. Cicerone. Ibid. lin. 48.

C R I T I C V S.

Paulatim defensor Mazza de robore suo remittit: non vult defendere veritatem Librorum editorum ab Anno: nunc auger antagonistæ gloriam. Concedit Libros ab Anno editos non esse integros nominatorum auctorum: sed esse fragmenta eorundem.

V I N D E X.

Stat in gradu Mazza, & Clauam torquet Herculea manu. Addit Clauæ Arcum intersum, non remissum. Vbi, vbi ille, quæso, afferuit Libros illorum auctorum integros ab Anno editos esse? Aut integros extare vspiam? Numquam hoc dixit Mazza: nusquam posuit: Semper, ac vbiique tenuit esse fragmenta, & reliquias appellauit. O inanem antagonistæ gloriam! Lauream in mustaceo querit Criticus, qui non videtur legisse Mazza, sed in Mazza somniasset. Pergit Criticus.

F 2

CRI-

C R I T I C V I S.
 Talia collegere doctissimi viri, & unde sumpserunt indica-
 runt ingenuitate sincera: monstrarunt unde hauserint, fon-
 tem reuerendo, cuiusvis fidei capacem. At Annius prouidit
 è schedis non adseruatis à Guilielmo à tinearum abstinentia,
 & temporis iniurijs, sed ab eo collectis, quod quid est nisi manu-
 eius descriptis? Sic ludimus in re litteraria, & ceteros fun-
 gos habemus.

V I N D E X.

I Dem præstítit Annius. Sumpsit ex Guilielmo, & pro-
 duxit auctorem, & fontem digito suo ostendit. Quid
 ergo reprehenditur? Ingenue fecit: fassus est, per quem
 profecerit. At non profecit. Hoc est probandum. Bona
 fide fecit. Protulit quod habuit, & suum prodidit au-
 ctem, penes quem fides futura erat. At non erat di-
 gnus fide. Non apparebat ratio cur non esset. Quod
 ait Criticus: Non asseruatis à tinearum abstinentia, & tem-
 poris iniurijs minus probo, nam ego à tinearum edaci-
 tate, siue corrosione dicerem. Viderit ille. Homo est
 perspicax. Scio amphibologiam in verbis esse posse.
 Verùm illa abstinentia cum iniurijs temporum non co-
 hæret. Quod asseruatur ab iniurijs temporis à corrosio-
 ne, siue edacitate seruari debet ne noceat. Abstinentia
 tinearum non nocet, parcit. Non luditur in re littera-
 ria quoties producitur fragmentum, & auctor indica-
 tur. Nec fungos ceteros habet, qui iure suo fungitur.
 Quod si protulit fungos, hos inuenit, & cum fide obtu-
 lit. Forte de fungino est genere, qui fungos putat.
 Alij boletos credunt Claudio dignos. Prosequitur

CRI-

CRITICVS.

Stolidum Pecus cur aliena asservatis vera, & legitima horum auctorum non vidistis? An omnia fugerunt quæ vera? Dicam: neque caput, neque mens. Bonus vir non distinxit inter breuiarium, & excerpta, dum dixit in secundo antecedentis folij argumento. I Protopraphi di detti Scrittori erano molto maggiori. Quis vidit? Aut si visa fuerunt quis pro certo affirmat ab ipsis non esse recusa, immutata apographa saltem dixisset, at homo eruditus non curauit in doctis figere crucis supra: Relique di quei gran corpori, e come Schedole dello interi volumi.

V I N D E X.

O ypsilon! Intoleranter doleo Pecus appellari homines doctos. Malo cum his in Pecuarijs esse, quam cum Critico in exedris. Satis erat Pecus. Cur stolidum addit? Pœnas pendit iniuria. Eo Pecus esse negat, si Latinus est, & latinè loquitur. Vide intemperiem? Vnde constat vera hæc non esse? De eo queritur. Sumit quod libet, ac lubet. Omnia illos fugisse quæ vera. Qui probet? Dicat neque caput, neque pes. Maluit mens. Cerebrofus. Bonus vir male intellexit Mazzam: Protopraphum hic dixit, non Breuiarium, aliud est ab illo. Protopraphum est scriptum primum: exemplar alias, & charta virgo; vnde petuntur exempla. Breuiarium est compendium. Non de hoc loquitur Mazza, sed de illo, cuius fragmenta extabant. Patet eius mens. An oportuit videre exemplar, vbi nullum erat, sed particulæ illius. O bellam rem? Qui videt partes dissecti bouis, oportet ut videat integrum bouem. In crucem agimur cum hæc legimus. Mazzam cum audimus beamur, eleganter omnia. Sunt quidam ἀποροῦσι οὐκέποι.

CRI.

C R I T I C V S.

Putabam primò hac legens respuisse Mazza, & sicut Epicurus dicitur de grege porci, ita Schedole ponendo errasse Typographum. Schedole, nam corpori, & schedole veluti reciprocabantur, & facile esset decipi, & sicut ex ungue Leo, ita & series dignosceretur Annus, tandem reductus sum, & vidi quid vellet Mazza.

V I N D E X.

N Imis in Pecuarijs versatur auctor. Nouit Pécudes, & numerat. Velle in Scholis esset, & auctores promeret. Quid hic Epicurus? An hic dicitur de grege? Contrà, hic pastor est, idest subulcus. De huius grege sunt porci, non ille de grege. Ne rectè quidem grunire hic Criticus potuit. Sed ille est de genere volucrum. Volat. De Porcis non est, quamquam de Porcis loquatur, & in ijs cæspitet. Viri acumen noui ni eo abutetur. Satis distinctè scribit Mazza. Schedulas semper, & fragmenta illas scripturas Annianas appellavit. Non egit de integris libris, quos non extare sciebat. Aquæ hæret Criticus, dum haram hic singit, & Annium Suem comminiscitur, dum ei setas attribuit. Meminerit & Leonem setas habere. Redigat se in meliorem frugem, & prope Leonem norit esse Herculem cum clava.

C R I T I C V S.

Praterea paralogismus est. Fabius Pictor scripsit, scripsit Cato Sempronius, Aelio Tuditianus scripsere, ergo que incurravit Annus corundem auctorum esse aibent: Quis non minretur inceptias? Cicero consolatus est se de morte filia, ergo

CON-

consolatio eius legitima est. Quantum abimus. Non satis
est habere nasum Rhinocerotis, sed nasum oportet habere,
quem habere negat Martialis cuique datum esse.

V I N D E X.

Sophisma hic obtendit Criticus. Fallit, & fallitur,
dum interponit verbum debent. Non ita argumen-
tatur Mazza, sed sic: Potuerunt inueniri hæc fragmen-
ta, & particulæ, quoniam erant auctorum non sictorum,
sed verorum; nam calumnia intenta erat huiusmodi.
Hæc fragmenta sunt nulla, quia sunt commenta. Ne-
gabat Annius. Essent quidem commenta si nullo au-
ctore inducerentur. At sunt auctores, igitur possunt esse
eorum fragmenta. Rectè quidem. Vtrum probabiles
essent? quæstio erat. Si nulli essent auctores, omnino
erant improbabiles illæ particulæ. At si essent, proba-
biles euadabant. De possibilitate, vt ita dicam, agitur,
non de necessitate: non quasi deducat ex eo, quod fue-
rint illi auctores, necesse est, vt illa fragmenta sint co-
rundem, quod singit Criticus iniuria; sed ex eo, quod
fuerint illi auctores fieri potest, vt hæc fragmenta parti-
culæ eorum sint. Hæc est recta argumentatio, qua vti-
tur Mazza, & quisquis Annium defendit. Quod attinet
consolationem Ciceronis alia quæstio est, satis inter vi-
ros doctissimos agitata, de qua non vacat, nec lubet di-
cere. Noui dissertationes, ac epistolas de ea vltrò, ci-
trisque missas à Siganio, & Riccobono. Sumo id, quod
proderit. Ex eo, quod Cicero consolationem scriptit
haud temerè fecisse, qui hanc, quæ circumfertur, ei attri-
buit, quod phrasis, & stylus Ciceronem redoleret. Con-
firmatur nostra argumentatio adducto auctorum, qui
affirmant Ciceronis esse exemplo, quique iudicant Ci-
ceronis elegantiam sapere. Quod spectat ad nasum:

hic

hic ego in Critico nasuto nasum desidero. Cum enim
ait: Non satis est habere nasum Rhinocerotis, sed nasum
oporet habere, quem habere negat Martialis cuique datum
esse. Minuit virtutem nasi Rhinocerotis, quasi apud
Martiale sit minor, quam alia, quam requirit: cum
contraria sit, nam nasus Rhinocerotis est symbolum sum-
mæ sagacitatis, & qua nulla maior sit, & hoc sensu di-
xit Martialis, vel pueros Romanos habere nasum Rhi-
nocerotis, id est sagacissimos, & seuerissimos esse: pa-
tetque inde quod exaggerando nimiam Romanorum sa-
gacitatem, & seueritatem, ait

Vbi nimium Martiaturba sapit.

Et addit *Maiores nusquam ronchi: iuuenesque, senesque,*
Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Per hyperboleum, per exaggerationem, quod nullus
sit maior nasus, quam Rhinocerotis, quem propterea
tribuit Romanis, tum senibus, tum adolescentibus, tum
pueris. Quomodo ergo Criticus nasutissimus, & soler-
tiissimus deceptus est in iudicando de naso? Ait non fa-
tis est habere nasum Rhinocerotis, sed nasum, quasi mi-
nor esset nasus Rhinocerotis quocunque naso. Debuit
dicere, non opus est habere nasum Rhinocerotis, qui ma-
ior est, sed sufficit habere nasum cum minor sufficiat ad
iudicandum. En quomodo nasutus Criticus poenas de-
dit suæ acerbitatis? *αυτοσφεγγης.*

C R I T I C V S.

An hic velit suadere, qui aliqua ex notis aliunde Historijs
inserta sint in ipsis subreptijs libris ideo vera esse? Sed
qui illi Operi falsas manus admouit, facile potuit interferere
qua ipse voluit. An quia adamus plumbo colligatur? Ideo
plumbum est. An gutta in pariete lapis inscriptus Romane
Reipublicæ tempore, ideo recessus erectus paries, quem nostris
cre-

crescentem oculis vidimus persuaderi, patiemur a quindecim,
aut viginti seculis creatum? Nuga. At summa impudentia
sit asserere Ciceronem, Liuium, Plinium, ab ipsis canosis
fontibus haurisse. Sed longam digressionem locus non paratur.

VINDE X.

Ivre quidem. Si quæ narrat vera sunt, cur alia erunt
fabulamenta? A vero argumentamur ad verum: ex
mendacio deducimus mendacium. Si fabulas afferret
Annius, rectè argumentaremur ad fabulas. Libros vo-
cat Criticus subreptios: non sunt libri, sunt fragmen-
ta. Quoties hoc nobis repetendum? Hominem suspi-
ciosum. Suspiciatur omnia esse conficta. Et illa vera,
esse assuta, & effœta commenta. Deum immortalem!
nihil patitur in Anno carere mendo. Quid quæris Le-
ctor? Minus proficit in adamante, ac plumbo. Probet
inesse plumbum. Non probabit ne plumbeus sit. In
plumbo Leuiculus inuenitur, iam vero paries iste, quem
inducit cum lapide inserto nihil habet fundamenti prae-
ter fictionem: ruet igitur cum arguento ex eo sumpto.
Oportebat monstrare scriptiones istas esse falsas, qui est
scopus disputationis. Ille affirmat, nos negamus. Quid
ergo pergit obtrudere quod refutamus? Quæ intempe-
ries est impudentiæ tribuere quod verum esse potest? An
non extant illa exempla Ciceronis, Liuij, & Plinij?
Non apparent fontes? Cur ergo non ex ijs haurire exem-
pla potuerunt? *As sunt, inquit, Canosi fontes.* Fiunt
à Critico, non sunt. Clamet cum Poeta Annius
Floribus austrum

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Habuit tamen Annius, quem opponeat labi illi, atque
cæno purum Mazzæ scriptum. *O fons Blundusia splen-*
didor visus! Horatius.

G

AVCTOR.

A V C T O R.

Prole legitima della Romana elocutione. Pag. 23. lin. 6.
Si che dunque vuole questo Vossio. Lin. 25.
Se usata da esso Fabio era abietta, e basta. Lin. 30.

C R I T I C V S.

*Qui captum habet in litteris, facile discernit inter stylum,
& stylum. Lucilius dicitur primus condidisse styli nasum:
ut ante illum parum, aut nihil in stylo obseruatum credi possit.*

V I N D E X.

Ego aliter sentio, qui de differentijs styli olim scripsi.
Quid? quod hoc ipsum probò exemplo hoc adducto
Lucilij, & Criticum eo refuto. Adsit, quæso, & audiat.
Si Lucilius primus condidit styli nasum, hoc est eodem
auctore Critico, docuit odorari, & olfacere differentias
styli, easque callere, quod id ante eum pauci possent,
quomodo tam est facile discernere inter stylum, & stylum?
Magna exercitatione opus est ad id deprehendendū.
Non igitur qui captum habet in litteris, sed qui
multum in ijs sit versatus, nouit quid inter hunc, & illum
stylum intersit; sunt enim multi similes dictione, &
stylo, inter quos difficile est iudicare. Verum hic aurem
vello, & admoneo Criticum suæ incogitantiæ. Capit
hunc locum Luciliij de naso, contrà quam debuit. Nasus
hic non ad peritiam styli, sed ad reprehensionem, & sa-
tyricam acerbitatem pertinet, quo sensu dixit Plinius:
non quod ille primus docuerit discernere stylum à stylo,
sed quod primus irriferit styli ineptias, & fugillauerit:
nam id sonat nasus, id est acrimonia, & vis pungendi,
qualis est Satyræ, quam primus condidit Lucilius, qui
alios *naso suspendit adunco*, quod erat Satyricus.

CRI-

C R I T I C V S.

51

Omnia secula peculiares, & scribendi modos ita ad amarunt,
ut Macrobio teste secuta atas Anniano stylo assuerat laborauerit
diu, ut meliori Virgiliano acquisiceret.

V I N D E X.

QVid audio? *Omnia secula. Expectabam seculorum,*
& pergebam dicere *amen.* Non omnia, opinor,
secula Virbis Romanæ variabant stylum, sed
superiora secula, quæ antecesserunt seculum Cracli, &
Antonij, & auream Ciceronis æstatem eam dictionis ru-
dem, & minus politam styli faciem adamaunt, quæ au-
rea ætas post Augustum infusa peregrinitate deformari
cæpta est.

C R I T I C V S.

*Diversum est stylum esse tenuem, seu pusillum, & accuratum,
seu ornatum. Accuratum oratio est quæ sententias &c.*

VINDEX.

Equis negat diuersa esse styli genera? Hoc ipsum, docuit auctor, & quidem apte, ac eruditè. Larger illud, sed non permitto *pusillum* vocem ineptam, stylo aptari. Tenuem, exilem, demissum, humilem latinè dixerim, *pusillum* certè non dixerim. Quemadmodum neque summum, & elegantem stylum *magnum*, siue *procerum* appellari. Grandem admiserim in summo, & eleganti exilem, & abiectum in demisso. *Magnum*, & *pusillum* non probarim.

G 2

CRI-

C R I T I C V S.

Cicero hic relatus Catonis Orationes iactat, quod preferant
quandam formam ingenij, sed admodum impolitam, & ru-
dem. Modus iste impolitus, & rudit habebat formam ingenij,
qua diffundebatur per totam scriptionem, ut membra membris
inuicem responderent, ne humano capiti ceruix Equina appo-
sa videretur. Qui autem assueti scriptis Catonis, Fabij, &
aliorum, quorum licet solum fragmenta degustare an putas
coniecturos eodem seculo nata fragmenta Anniana, an Virgi-
liana, an Asiniana? Nam aliud est stylum esse inconcinnum,
dehinc etiam barbarum, alius Romanum, quamvis exilem.

V I N D E X.

Marcus Tullius cum laudat ingenij vim in Catone,
laudat aptum, & subtilem dicendi modum ac-
commodatum ad persuadendum, non autem remouet il-
lam formam impolitam, & rudem, quae sanè exigu-
laus esset. An id satis est ad commendationem, absurdum
remouere? Laudat ergo ingenium hominis subtilem, &
acutos sensus, idest rem verbis inuolutam, improbat
verò modum dicendi incultum, inornatum, incomptum,
qui in ipsa dictione consistit, quod contendit Mazza, ut
ita non in re, sed in stylo solo vitium esset. Et quidem
iure. Nam illius temporis auctores dictione horridius-
cula, & duriuscula vtebantur, & quiddam Oscum sa-
piebant; idque redolent hodie illa fragmenta, quae ex-
tant, tum horum, tum Ennij, & Lucilij, quorum ille-
seculentus, & sordidus, hic luculentus, & turpis audi-
uit. Certè ob stylum. Quod si secus esset non diceret
Virgilius se colligere aurum ex stercore Ennij, nec Horatius
luculentum fluere Lucilium pronunciaret. Aurum,
igitur,

igitur, & aqua erat in sententijs, sordes, & lutum in
dictione. Rectè Mazza. §3

A V C T O R.

Mà accioche. Pag. 25. lin. 3.

C R I T I C V S.

Hic evidenter sicubus Mazza.

V I N D E X.

IMò contra stat in gradu. Cæspitacriticus.

A V C T O R.

Dital sorte erano gl' Hirini sagri. Ibid. li. 82.

C R I T I C V S.

Audiamus Magistrum.

V I N D E X.

CEdo manum ferulae. Inuenisti Orbilium.

A V C T O R.

Mà però i barbarismi. Pag. 25. lin. 20.

C R I T I C V S.

Hic Magister docendus, nam longè patienter tulimus scho-
lam. Audiat, ex excerptis Cornelij Frontonij, Barbarismus
sit in sermonis latini locutione, ut desinas blaterare.

VIN-

V I N D E X.

Quid hoc homine faciemus, qui quod laudare debuit, id vituperat? Nihil aptius potuit dicere Mazza: nihil ineptius dicere Criticus. Mazza loquitur de corruptela Latinæ linguæ ex infusa colluuiie barbararum gentium, quæ Romam influxerunt, & Latinam linguam deturparunt: & hanc corruptelam barbaricam *barbarismum* etiam appellauit; & quidem aptissime. Criticus vertit ad orationis priuatæ vitium, barbarismum, quem pueri committunt, dum Latinas studiunt periodos. O ineptias! Audiamus Mazzam. *Maior Barbarismo de posteri Latini è vitio della corruptella, & infestazione pullulata dalla meschianza de linguaggi stranieri.* Per spicuè agit de infectione totius linguae posteriorum infusa barbarie, & hanc pestem *barbarismo* appellat, quæ octingentos fermè, & eo amplius post Augusti ætatem durauit annos. Non autem loquitur de illo orationis priuatæ Latinæ vitio, qui *barbarismus* vulgo dicitur, & cum solæcismo in structuram thematis irrepit, quæ errata negligentes pueri verberibus luunt. Hæc dico ut desinat Criticus ineptire.

A V C T O R.

Sodisfatto per questo mi porto. Pag. 27. lin. 25.

C R I T I C V S.

Io triumphe.

V I N D E X.

SArcasmos.

AVCTOR.

AVGUSTO R.

All'itinerario. Pag. 27.

CRITICVS.

De isto itinerario vide Cluuerium lib. 2. fol. 457. 40. 493.
 54. rationibus conuenientem putidissimos istos illius itinerarii
 errores, qui alius esse non poterat, quam Annus ipsius, talia
 enim vero huic, & suorum temporum auctori non successissent,
 sicut contingere posuerunt commentatio, & alterius cui super-
 rioris ignoratione. Longum esset transferre hic, qua ille cum
 pondere examinavit. Locus id non patitur.

VINDĒ X.

Occupauit hoc Mazza, & hoc idem argumentum ac-
 curate versauit, vt nullum prouersus reliquerit lo-
 cum reprehensioni cuiusquam qui legete volet sua scri-
 pta. Cluuerius, qui solus adducitur à Critico produci-
 tur à Mazza, simul cum aliorum plurimorum testimo-
 nijs. Itaque eruditè, & copiosè, quod indoctè, & ieiu-
 né egit Criticus pertractauit. Et in hoc itinerario viam
 rectè iudicandi inuenit, & tenuit. Qui legat verum hoc
 esse comperiet.

AVGUSTO R.

Itinerario così diuulgato va tronco, e come senza capo.
 Pag. 28. ln. 3.

CRITICVS.

Vtinam in isto itinerario omnem deperderemus operam;
 omnes querela conquiescerent; Que quantaque acaphala
 habemus, quan non reyciuntur ut spuria. Seneca aliquot li-
 bri

56

bri, Dionis Historiarum aliquid, Liuy, Taciti iam à medio
corpo dimidiatus Annianus, & alij.

V I N D E X.

TElephi hastam habemus: ferit, & sanat. Gratias agimus, imò & habemus Critico. Concedit nobis multos libros aliorum esse truncos, & mutilatos, quorum tamen partes extant germanæ. Fauet hoc causæ Annianæ. Potuit ergo ille afferre vera fragmenta eorum, qui non extant librorum: quemadmodum reperimus multa fragmenta Ciceronis ex libris de Republica. Sallustij, Liuij ex Historijs. Imò & Sanctorum Patrum non pauca desiderantur Hieronymi, & Augustini, quæ vel ex integro, vel ex parte perierunt. Hæc omnia rem continent Annianam, vel Critico auctore. Quod si neget eandem esse rationem de fragmentis Annianis, imputando eis falsitatem, hoc non est huius loci. Eoque seruo probandum, ubi opportunum erit. Nunc id sumo quod satis est ad redarguendum.

A V C T O R.

La quarta finalmente sua ragione. *Ibid.*

C R I T I C V S.

Monitum Luitprandi ad cap. 31. itinerarium Antonini Augusti nomine circum fertur mirè corruptum est additis, & subtractis mansionibus non paucis. Prius captum sub Caio Cesare, productum sub Augusto, positis tantum nominibus locorum sine milliarium numero. Post addita sunt millaria ab Antonino, & ideo illi tributus est liber, qui aliorum plurium fuit. Addita nomina ut Constantinopolis, Diocletianopolis, quod est signum ultimam manum fuisse superadditam.

VIN-

V I N D E X.

87

Minus hic vidit Criticus: nam si hoc est verum exiguam certè partem habet in hoc itinerario Antoninus. Nam si cœptum est sub Caio, & productum sub Augusto opus debuit esse iustum, & cum milliaribus eius ætatis. Si postea addita sunt nomina illarum Ciuitatum diu fuit truncum. quod credi nequit, cum expeditanda essent nomina Ciuitatum, quæ tanto post Antonini ætatem extiterunt. Quid ergo est in eo itinerario Antonini? Deinde quid sibi vult illa præpostera nominatio Constantinopolis, & Diocletianopolis; cum hac illa fuerit posterior. Erratum in referendo itinerario mendoso indicat illud esse incertum, & tamen ait Criticus: fidenter corruere Annij itinerarium, & omnia Mazza argumenta.

*Absolues hominem, & rursus damnabis eundem:
Divinare tibi magnus non donat Apollo.* Horat.

A V C T O R.

Gioseffo Ebreo trasporta molti longhi fragmenti.

Pag. 29. lin. 4.

C R I T I C V S.

Iosephus in libris contra Appionem ostendit Manethonem scurrilia scripsisse quæ ipse ibidem redarguit. Anno fuit facile sub hac licentia fingere, refingere cuncta. Sed Dy boni saltem spurj legitima conglutinasset, ut speciem aliquam veritatis praferret, Quæ sunt Eusebij collegit, quæ sunt Iosephi spexit, reliqua è Cælo venerunt in sinum Gulielmi Mantuan. Hinc elicias manifestè non esse Annianum Manethonem verum, sed spurium. Si se posse putauit eos libros

H

com-

commentarīs illustrare, cur non se posse putavit inter eos indicare, & clara face praire lectoribus non picea, & turbida.

V I N D E X. M

Quorsum illa pars, quæ Iosephum atttingit? Iam Mazza dixerat illum Manethonem, cuius meminit Iosephus non pertinere ad Manethonem Annij. Quid ergo ad salebras deflectit Criticus? Omitat istum: Veniat ad Eusebianum; negetne hunc? minimè ait. De hoc igitur loquamur. Suntne aliqua fragmenta huiusc legitima apud Annium? Planè. Quid ergo mussat? Quid stridet contra Mazzam? Ille doctè, & cautè, ac prudenter inducit hæc fragmenta, aiens esse istius Manethonis Eusebiani, aut alterius Iulij Africani, quo controversiam sustulit, & suspicionem remouit, & viam muniuit ad veritatem Annij. Quid rursum impugnat Guilielmum, perinde, ac iste Guilielmus Chimera fit? Talem putabamus in Lusitania esse Laymundum: postea tamen inuenimus extare in Bibliotheca illa Monasterij Alcobassæ, & oculos cornicibus confiximus. Trahat hoc exemplum Criticus vir doctus, & eruditus in suum vsum, deponat malevolentiam, & æquum, & iustum teneat, quod alias facere solet. *Eis meilias ἐκάρπασος.*
In Apes irruisti.

A V C T O R.

Onde non che immediatamente de i libri historiali Manethoniani, mà de Cronologici Eusebiani. Pag. 30 lin. 8.

C R I T I C V S.

Paularim resipiscit Mazza. Te laudo. Ergo Manethonis venerandum nomen, & nouitia collectanea esse fateris, ut cum laude sint, conferenda erunt cum fontibus; unde sunt hausta.

VIN-

V I N D E X.

39

NON commisit Mazza vnde resipisceret. Num factetur Manethonis fragmenta esse nouitia, cum dicat ea contineri in libris Eusebij? An nouitus hic est auctor? Sanè ut esset, antiquiora sunt eo fragmenta, quæ adducit. Hæc verò, quod sint in collectaneo Guilhelmi, non propterea sunt Guilielmi. Non poterant redire ad fontes, nec cum ijs coniungi qui non extant, cum opera omnia præter illa fragmenta nusquam appareant. An ea, quæ sunt fragmenta Sallustij, & Ciceronis, & ex libris de Historia, & Republica deprompta, non erant propria eorundem, quia non sunt fontes vnde manauerunt? Absurda consecutio. *Xan&ov Babus dñkē. Peius Babys tibia cantat.*

A V C T O R.

Che gran peccato hauerebbe mai commesso.

Pagina 30. linea 28.

C R I T I C V S.

Quam culpam? Commentum. O quam re indignum bona mentis prodis?

V I N D E X.

Quo iure huiusmodi conuicium? Quid commisit hic Mazza? id ego certe non video. Criticus sibi somnia, siue iuria fingit. Quam ignominiosum illud, & absurdum indignum bonæ mentis te prodis! Bona verbo quæso. Indigne cum tanto viro agitur.

H 2 tur.

tur. Hoc est illius, & Lectorum abuti patientia. Hoc-
cine audet? & nos ferimus? nec querimur? exclamem.
O iniūiam! o insolentiam! Grauius quiddam velle
dicere, sed malo tacere, & ipso silentio monere homi-
nem suā licentia. Nempe *Aεβιοσερος ιππομένους*. Vbi vbi es
μεταφέλεια?

A V C T O R.

E veramente sono tutti ben congionti, et tanto conformi
de frase. *Ibid. lin. 37.*

C R I T I C V S.

Stylum illum Manethonis, & Chronisticorum, quos vocas
consimilem aīs, utro idiomate aīs Graco, an Latino? Si de La-
tino idiomate intelligis, inscitè facis, quia Manethon Gracus
fuit, & Gracè scripsit, neque mirum in Latino non conuenire:
Prodierunt enim omnia ab eodem falsa manu. Si de Graco,
cur supprimis, nec euulgias?

V I N D E X.

VIm dilematis desidero. Si verum est: numquam ex
versione Latina stylus Græci Scriptoris cognoscē-
tur. An non qui Græcos Scriptores interpretantur La-
tini, èorum stylum imitantur? Ergo Marcus Tullius
frustrà scripsit *de optimo genere interpretandi*, & falsò re-
præsentauit in suis versionibus Orationum Demosthe-
nis, & Æschinis de Corona diuersitatem vtriusq; styli.
Accommodat se prudens interpres Latinus stylo Græco:
si pressus pressè, si copiosus copiose: Certe alia est ver-
sio Platonis, alia Aristotelis, & ex eis, si idoneæ sunt,
intelligimus quales fuerint in scriptione Græca. Nim-
rum Aristotelis pressus, & tenuis. Plato copiosus, &

gran-

grandis. Scio nonnullos esse interpres, qui omnes versiones Græcorum auctorum adamusim Tullianam reuocant, & Aristotelem, & Platonem eodem modo vertunt: quos ego semper improbaui. Quomodo poterunt ea scripta Græca produci si non extant? Quæ, & quomodo extant, proferuntur. *Abi Morboniam.*

A V C T O R.

Trattasi dell'Archiloco. Pag. 30. lin. 31.

C R I T I C V S.

Archilochum hunc nullus vidit preter Annium. Ergo nibil restat quam Vossij indicio assentiri.

V I N D E X.

Habet pro oraculo Vossium. Illi credit iurato, in iurato. Nos eum minoris facimus, nec peccamus: non enim eius auctoritas præiudicata. Labitur sœpicule, quemadmodum nos alias in Vincentio Lirinensi à nobis vindicato obseruauimus, De Archiloco recte Mazza. Non potuit aptius, nec probabilius dici. Vir est emunctæ naris, nec publici saporis. *Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.*

A V C T O R.

Per il Senofonte Anniano. Pag. 31. lin. 20.

C R I T I C V S.

Iosephus Scaliger Chronologia fol. 33. Ioannes Annius Viterbiensis, ut doctior videatur mendacia sua auctoritate Pris- corum Auctorum firmare conatur. Properea commentus est Myrtillos, Xenophontes, Metasthenes, & alios nescio quos, qui aut necnon fuerunt, aut eanon scripferunt, qua planus ille scrip-

scripsisse mentitur. Hoc Scaligeri in re litteraria principis
indictum fuit.

V T N D E X.

Si Pythagorazi essemus, & Scaliger Pythagoras, ferre-
mus dictum dixit Pythagoras. At neque Scaliger Py-
thagoras, nec nos Pythagorazi. Non tanti est Scaliger
ut persuaderi ab eo velimus. Id bellum. Hominibus Ca-
tholicis, & Religiosis, ac in primis Mazza Thomistæ &
Inquisitori non alios obijcit Auctores quam Volium, &
Scaligerum nothæ professionis homines: qui reprehendunt
Catholicos, & Religiosos, & in eos debacchari so-
lent. Nota est quanta Lupis, & Agnis, (Annus penè
Agnus) Lupi hos insectantur. Optima ratio. Com-
mentus est Auctores, quia nulli sunt. Nullos autem
fuisse constat, quia nos non nouimus. Estisne omnes, &
noscitis omnes? Potuerunt videre alij præter vos, & alios
præter eos à vobis visos. Vnde vnde illa laus Scaligeri
princeps in re litteraria? Hoc verè commentum est. Vbi
Diuus Thomas? vbi Scotus? vbi Albertus? vbi Alexan-
der? vbi Abulensis? At loquitur de profana litteratura,
vbi Budæus? vbi Picus? vbi Tiraquellus? vbi Lipsius?
vbi Lambinus? vbi Erasmus? vbi Grotius? vbi Salmasius,
& innumeri Scaligero vel pares, vel superiores? Peta-
uium ei unum Religiosum obijcio, qui eum exercuit, ut
ille Cardanum. Cæterum opponimus Scaligero Godo-
fredum, & Mirelrium, & quotquot in Prologo lauda-
uimus Annij Patronos.

C R I T I C V S.

Mazza iudicis rationes requirit, sed eadem est scriptoris
in style ratio, quo pictoris in manu: qui eius artis peritus est
artificem ex opere nouit. Protagoras ex linea spellem depre-
bendit,

63

bendit, qui nafum habet in litteris, nouit proculdubio quæ
scripta huius seculi, qua alterius, qua istius auctoris, qua
illius. Ineptias porrò velle doctissimis viris affingere deplo-
rat a dementia est. An nulla videtur damnandi causa in istis
Latinis Annianis aliena locutio, rudit, barbarici puris plena?
In Gracis pariter, & Latinis exemplarum veterum unde af-
seruntur defectus perpetua ineptia, & aduersaria veris etiam
auctorum reliquys, qua collegere viri docta.

V I N D E X.

MAZZA iure exigit rationes, & ego exigo. Nam
hic de stylo non constat, nego enim id esse facile,
& iam superius negavi, cum multi stylo similes sint. Quot
fideliter, & feliciter imitantur Ciceronem, legat qui vo-
let Manutium, & Perpinianum. Imò & vnum idem Au-
ctor diuersa cum scribit, diuersum styli genus sequitur.
Vnus Cicero exemplo sit. Aliter in Rheticis, aliter in
Philosophicis, aliter in Epistolis scribit. Pictorum
exempla non sunt idonea, cum pingendi ars una sit, &
solis oculis seruiat. Prætereare retorqueo in Criticum ar-
gumentum. Auctores integri æstimandi ne sunt ex au-
tographo, an exemplis? Autographa non extant, frag-
menta quæ extant sunt trunca, nec sunt in eodem idio-
mate, qui ergo dijudicari possunt? Criticus negarat ex
versione posse cognosci. Igitur neganti assentiamur, &
vincimus. Επὶ Λεπτοδριῷ μαχη. In Lipsydrio pugnas.

C R I T I C V S.

Purasne nihil? Darium Medium morientem Persarum Re-
gnum Cyro reliquisse, ut afferunt Anniana ista commenta.
Cum contrà, Cyrum, ut ei succederet interemerit?

VIN-

V I N D E X.

Pace tanti viri. Fallitur in Historia. Ita prorsus est, vt est in monumentis Annij. Darius Socer Cyri, ipse Medus, quem sic appellat Scriptura, moriens Regnum integrum Cyro genero reliquit. Audiat Salianum Olympiade IX. Anno ab Urbe condita 215. in Epitome Anno Climacterico Darius abiit eviuis, & vni Cyro uniuersum Imperium reliquit. Cyrum autem Darius non potuit interimere, quem saluum, & sibi superstite reliquit, quemque postea Regina Thomiris interfecit. Quid in Historijs decantatius? Nec nos insultamus Critico, vt ille facere solet Mazzæ, & Annio. Veritatis, & moderationis rationem habemus. Id tantum facete dicimus Bis interimitur qui suis armis perit.

C R I T I C V S.

Putasne nihil duos Assueros, de quibus in Sacris Litteris, & obseruat Scaliger, unum, & eundem facere?

V I N D E X.

VT vt sit, mirum non est minus in hoc vidisse illos Auctores à Sacris Historijs alienos. Id mirum, vnum adhibuisse testem Scaligerum, cum id. nos Scriptura perspicue doceat lib. I. Esdræ cap. 4, & Esther cap. I. & omnes Catholici obseruant. Sacrautiis nos agimus. Non tuemur vt i vera, quæ narrant, sed tantum sustinemus non esse ficta fragmenta, in quibus illa narrantur.

C R I T I C V S.

Putasne nihil Darium pro Cyro Cambysis Patrem facere?

VIN-

V I N D E X .

FAtemur Cambysem Cyri, non Darij filium fuisse. Sed non de nihilo secus existimarunt ij, quos taxat scriptores, cum nonnullis aliter visum fuerit, & ipse met Criticus fateatur, Theodoreti tempore eum errorem invaliduisse. Demum quid hæc attinent Mazzam? Is prudenter ab his quæstionibus abstinet, nec opiniones Auctorum, quos adducit Annius, omnes approbat. Est in officio. Vindicat scripta, nec sibi ijs, quæ continent habet, aut facit. Homo in sustinendo iudicio miræ prudentiæ, quæ laus Augustino tribuitur. τό μητρόν πλοῖσι.

A V C T O R .

Siasi ancora di certi Auctori non è però d'incerta verità.

Pag. 32. lin. 5.

C R I T I C V S .

Fama incerta nullius fidei.

V I N D E X .

BEllè. Agitur de incerto Auctore, ille vertit ad incertam famam. Quasi perinde sit incertus Auctor, & incerta fama, atque adeò nulla fides. Sic calculum ponit. Atrum, non album, vel Talpa viderit. Multa sunt Opera nomine incerti Auctoris in Hieronymo, Augustino, Cypriano, & alijs. Ergo & incertæ famæ, ac proinde nullius fidei. Ita colligit Criticus: non me quidem Auctore. In suo hæsitat luto. Terentius.

A V C T O R .

Che pone che Cambise nominato da lui Artaserse.

Pagina 33. lin. 20.

I

CRI-

C R I T I C V S.

Theodoreti tempore etiam hic error inualuerat quare eum redarguens ad cap. 9. Danielis, & citatis verbis Danielis ait.

V I N D E X.

Extrachorum. Aliud agit Mazza, & aliud muginatur Criticus. Aberrat hic ab scopo. Agit de fide Annij laudantis Scriptores, non de fide Scriptorum narrantium. Quamuisne hoc quidem prætermisimus procul esse ab errore, de quo tempore Theodoreti dubitatum. Non mixum non esse fidei indubitatae id, quod tradit Metasthenes peregrinatus in Persicis, cum Criticus peregrinatus sit in chartis. Lubet hæc *εν γέλωτε πολεῖς ταῦ*.

A V C T O R.

Appariscono contrarie alle notitie communi &c.

Pagina 33. linea 27.

C R I T I C V S.

Pergis asserere estimanda ista magis, quia non protrita, nec in manibus mulorum versata, Hierophantis tantum assertur. Papa! eruditissime Mazza, peregrinitatem ingenij tui laudo, reque ad veritatem Historiarum librorum Luciani rego, ut nihil aliud nisi que in disertissimi, politissimi, & simplicissimi styli illius Scriptoris libris contenta credas, que sunt noua, peregrina, & admiranda.

V I N D E X.

VNDE hoc dicterium? An qui oderunt ipsi sibi somnia fingunt? Hocne protulit Mazza, estimanda magis esse (pluris debuit dicere Criticus) quia non protrita,

trita , nec vulgaria , quām quā communia ? Impostura
 hēc est Critici , qui vmbrae , quam reddit , insultat . Dixit
 Mazza perspicuē : Annūm non ea de suo penū protulif-
 se , quā tam essent insolentia , & hinc constare scripta ,
 quā producit Annij non esse , sed aliena , quā ipsemēt
 Annius non auderet afferere . Peregrinatus est legendo
 Criticus , & quām peregrinitatem hausit , eam affingit
 Mazzae , qui habitabat in Annio , quem tuebatur . Quor-
 sum Lucianus ? Poterat afferre Apuleium , aut Helio-
 dorūm . Dum in hierophantas incidimus , vereor ne in
 sycophantas incurramus . Criticus cum suo illo *Papa*
 in pappos abeat , & consulat pappas Syracusis .

A V C T O R .

Questo pure contenghi vero , contenghi falso .

Pagina 33. lin. 14.

C R I T I C V S .

Pater Inquisitor , & forsan Confessor , qui peccata absoluit
 non discernit inter verum , & falsum , & auctoritate sua An-
 nūm vīcunque promeritum communioni fidelium redonat ,
 licet falsa prodiderit . Pientissime Pater , nonne est in eadem
 culpa qui falsūm comminiscitur , & qui data opera falsūm
 vulgar ? Pratere aleuitatis est ab unius testimonio Guilielmi ,
 quem nec credo fuisse , voluisse hos Auctores in Orbem dis-
 minare . Vbi erat tua eruditio Anni ? Ut in istos commentaria
 doctissima scriberes ? Quid hinc est commentaria scribere ?
 an perituras tantūm chartas fædere , an Auctorum sententias
 eruere , Lectores docere , & fallere ? Peccat qui nos diuersum
 facere docuit .

V I N D E X.

Pater Mazza, & Inquisitor est, & inquirit de iniurijs Annio factis super impostura Auctorum, quam deprecatur, & Vindicem reperit Qualificatorem Sancti Officij Romani, & quidem iure; agitur enim de fide hominis Religiosi eruditii Dominicani, Magistri Sacri Palatij, quem non decuit fictos libros intrudere, qui non est temerè damnandus. Hanc temeritatem corrigimus Inquisitor, & Qualificator. Hæc est πρᾶψις καὶ πρώτη. Remouemus suspiciones maleuolorum, quærimus rationes idoneas afferendi Annium non finxitse Auctores. Confessor est Mazza, verūm non absoluit peccata, sed homines à peccatis, ac eorum pœnitentes. Vtinam Criticum suæ acerbatis pœniteret: cuius & me certe pudaret. Mazza tam discernit inter verum, & falsum, vt videat, & ostendat aliud esse fingere Auctores, aliud res fictas ab ijs inducere. Ait Auctores non esse fictos, quamuis ficta scripserint. Ficta scripsit Ouidius. Ergo est fictus Auctor: quis inferat? Rursum qui probat Auctorem esse, is consequenter probat vera esse, quæ tradit? Quid absurdius? Vulgare falsa, vti falsa non est mendacium. Alioquin non licebit in lucem Poetas edere. Quid ergo calumniatur Criticus, cuius illa est infelix dictio *Communioni fidelium redonat*. An excidit à Fide Catholica Annius, & cùm restitutus est loco vnde ceciderat, redonatur? Peccat Criticus & phrasí, & sensu, & ego hic Inquisitorem appello. Non credit Guilielmum fuisse. Quid tum? Publicamne facit fidem? Ego fuisse Guilielmum, opinor, doctus fuisse Laymundum, nec ausim leuitatis dampnare Annium. Evidem non auderem Guilielmum fingere. De me alios aestimo. Nec probo illud diuersum nos facere docuit non est ad meum

pa-

palatum. Si credebat Annus eos Auctores veros esse,
cur non pergeret commentari? Imo ex eo colligo non esse
commentarios, quos ille est commentatus. *Vespa Cicada*
obstreput.

A V C T O R .

Fosse stata la Commare di questo allieuo, idest Vossius
Pagina 34. linea 3. idem

C R I T I C V S.

Platonicus Cyrenensis. Desunt nonnulla. Sed in hunc cen-
tum non veniunt quae ab alijs composita ab eorum scriptis de-
scripta essent, qua Annus monitus est in suo Myrtillo licet
descriperit à Dionysio, sed temeritati Annū. Minus hæc
constant Ananuenfis culpa, non Critici.

V I N D E X.

Q Vid hic moliatur Criticus non video. Mazza in-
rem bellè! Inuenias fragmenta Myrtilli in Dio-
nysio. Cur ergo negas esse Myrtillum, aut
descripta esse Myrtilli? Quid sibi yultratiocinatio Cri-
tici? An est adynaton vnum Auctorem ab altero quid-
quam mutuari? At nullus fuit Myrtillus? Probet. Certè
fuisse Mazza probavit. Legat qui volet. κύμιον ἔσπειρε
Cuminum feuit.

A V C T O R .

Adonque già che noi ci siamo eletto questo Berofo
per nostro Duce. Pag. 36. lin. 24.

CRI-

C R I T I C V S.

Cactus cæcum dicit.

V I N D E X.

REPONO; rabida, & cæcata vox cum Tullio. Cæcum
hic est in Mazza, sed vallum, & validum. Quod
non diruat Criticus. Caveat sibi a baculo cæci hucus,
quem fingit: mihi quidem Argus est, qui oculus to-
tus fuit. Ætria. Athon. Anserex Phalerno.

A V C T O R.

Il Vossio che vuole aderire à questa opinione.

Ibidem linea 20.

C R I T I C V S.

Inaudito Vossio hanc litem non compono. Si à Tatiano rece-
dimus, qui ait Berosum dicare Historiarum suarum libros
Antiocho Θιὼ in nullam opinionem propendeam magis, quam
eum vixisse circa illa tempora in quo Historiam suam termi-
nauit. Incepit autem, teste Iosepho lib. I. contra Appionem,
à Noe usque ad Nabolassarem. Videtur in hoc tantum con-
tra morem suum Mazzam bonam mentem habuisse.

V I N D E X.

OHe. Fatetur demum Criticus etiam inaudito Vos-
sio bonam mentem Mazzam habuisse! Si hanc Cri-
ticus in illum habuisset nunquam increpuisset. Vitium
non erat in mente Mazzæ, sed in mente Critici. Quod
ait contra morem more suo facit, idest fugillando eum,
cui debuit morigerari *Zius ayora*.

AVCTOR.

A V C T O R.

E se il Vossio come valente Grammatico, e litigioso.

Pagina 39. linea 5.

C R I T I C V S.

Anne litigiosus est qui veritatem detegendo mendacia impugnat? An qui mendacia mali ingenij fiducia vult longis paralogismis defendere?

V I N D E X.

T Vscum iurgium (apud Augustinum parçemia) quadrat in hoc scomma. Litigiosus homo est, qui quærit lites, & serit. Mendacia fingit, nec probat. Detegitur veritas cùm apparet, & cùm palam exponitur. Probet Criticus id agere Vossum, & à paralogismis eum liberet, quos affingit Mazzæ, qui syllogismos format, & demonstrationes ex Angelica Schola, ubi tornantur, & intorquentur απόλυτα, σούσια.

A V C T O R.

Libro della defloratione Caldaica. Pag. 43. lin. 1.

C R I T I C V S.

Defloratio. Ipse titulus prodit Auctorem: nam sapit Claustra Monastica. In hoc tantum ἀνθεογλωσσα fecit Planudes ultimis seculis; sed non flores Poetarum compegit in unum corpus: è diuersa planta, sed quiddam deest in rebus Chaldaicis ab eodem, quem asserit Auctore sub titulo deflorationum Chaldaicorum qui potest? Defloratio potius esse debuit rerum Chaldaicorum: è diuersis Auctoribus, quam Berossi defloratio rerum Chaldaicarum, dum ipse Berossus Auctor esset.

VIN-

V I N D E X.

NON miror qui chartam toties deflorauit spurcis
dicterijs, turpiter in hanc deflorationem incurrisse.
Cur haec vox Monastica prodat ipse? Ego noui Claustra
consita floribus, non deflorata. Primum apud Mazzam
non inuenitur haec inscriptio ita concepta, sed tantum
Defloratione Chaldaica. Ut foret, loqueretur cum vul-
go, cui quid sit permittendum prudenter, animaduertit
Cicero. Praestaret dicere Florilegium verum *Defloratio*
placuit vulgo. Petrus Tolosanus vir doctus in suo iuris
Syntagmate lib. I. cap. 6. ad finem allegat Berosum in
Defloratione; nec tamen est Auctor vulgaris. Non pu-
deat Criticum cum eo sentire. An dictio exibilanda?
Iam vero quod carpit, florilegium debuisse ex diuersis,
non ex uno tantum sieri Auctoriibus: ineptum videtur;
nam cur non ex uno? Cum unus multos suppeditat flo-
res, id est, ingentem materiam. An non licebit flores ex
Cicerone, Liuioque colligere? Certe inuenimus Mille-
loquium Ambrosij, Milleloquium Augustini. Cur non
Florilegium? *A'ias d'pt'is*.

A V C T O R.

De suoi commentatij Berosiani circa illi principio del ter-
zo libro scriue. Pag. 43. lin. 26.

C R I T I C V S.

*Qua de Guilielmo Manruano diximus, eadem de hoc Patre
Georgio Armeno dicta, & repetita puta.*

V I N D E X.

EXistimat ergo Patrem Georgium nullum fuisse, Ni-
mia incredulitas: ne personas quidem fuisse credit.
Itaque

Itaque commentus est homines Annius, & Deucalionis
more ex faxis homines fecit extra diluum. Patrem ne
Georgium, & socium eius Armenos Dominicanos Fra-
tres finxit Annius, affirmando eos vidisse, & vidisse Ge-
nuæ, cùm ibi habitaret? Ecquis hoc credat homo cor-
datus? Aut quis nisi malevolus audiat imponere Anno?
Latet Criticum in Armenia iampridem Patres Dominica-
nos eam Ecclesiam excolare, & multum in ea vinea ope-
ræ collocare summa cum laude, & vberrimos in ea fru-
ctus ad Ecclesiæ utilitatem colligere. Me non latet
qui hoc noui dum fui Romæ, & vidi Armenos tūm Fra-
tres Dominicanos Magistros, tūm externos discipulos,
a quibus didici. Εἰκῇ τῷ ἡρακλῇ. Huic certè Armeno
narranti fidem habet Micrelius, notus doctis, sed igno-
tus, opinor, Critico, quamvis non indocto, Auctor.

A V C T O R.

In oltre se l'Annio hauesse hauuto à comporsi il suo
Berofo era ben à bastanza accorto. *Ibi lin. 37.*

C R I T I C V S.

*Istud imputandum est aut inscitiae, aut fraudi: nam iste
fallendi via sunt artes, & lenocinia, fraudes.*

V I N D E X.

Probet inscitiam, fraudemue: neutra apparet. Can-
dor eminet in viro Religioso proferente ingenuè,
nominato Auctore, quæ habuit, sine litura, sine dolo,
sine impostura. Dicit cuius fide id egerit, eam exami-
nandam proponit. Quid candidius? Quæ hic sunt le-
nocinia fraudis? Imò terriculamenta, si illa tam sunt
absurda, uti comminiscitur Criticus. ζαμιδης τρόπος.

K

AVCTOR.

A V C T O R.

Notitie, le quali s'hanno anco nell'Anniano, non però sono prese da questo. *Pag. 44. lin. 38.*

C R I T I C V S.

Hoc facile tibi credo.

V I N D E X.

CVR non cætera? Crederet si æquo legeret animo. Intus est ratio, cur hæc accipiat, illa respuat. *Hic nigra succus loliginis.* Horat. *Cerite Cera dignus.* Idem.

A V C T O R.

Che questo Iddio sà se mai vidde luce Italiana.

Pag. 44. lin. 6.

C R I T I C V S.

Modestissimè credit Mazza Berosum suum nuspian visam nedum Plinio, qui quidem cùm Beroſi auctoritatem in suum opus translulerit bis, serue huius ductum non accepit in producione gentium. Optimè arguit Mazza, quia non viderit. At si verum amamus eum non poterat videre. Non erat munus hoc de Cælo delapsum mortalibus ex Euangeliographo Ioanne Annio Viterbiensi Monacho Dominicanoe omnis contemptus, atque irrisioñis digno.

V I N D E X.

PVdet me ista legere, quæ nòn puduit Criticum scribere. Cùm Dominicanum dixisti, debuisses venerari nomen, & recordari grauitimæ, doctissimæ, & sanctissimæ Religionis, quæ tot Chamauris, Purpuris, Tiaris fulsit, quæ Mundi magistra est, quæ omnia lumina, &

orna-

ornamenta colligit, quæ tot Altaribus númerum Sanctorum auxit, quæ Romæ tergeminos plusquam curules honores gerit, Magistri Sacri Palatij, Commissarij Sancti Officij, Secretarij Congregationis Indicis: quos Summi Pontifices propter singularia huius Religionis devniuersali Ecclesia merita in eandem effusissima voluntate contulerunt. Ut non coleres alios, certe horrere debuisti Commissarij Sancti Officij nomen ob iniuriam factam Annio, appellans eum omnis contemptus, atque irrisioñis dignum. Reuoca huiusmodi iudicium, cane palinodiam. Verum qui Monachos facis Dominicanos Monomachiam tecum instituis, & tecum pugnas. Monachus est solitarius: Familia Dominicanorum ultra Monachos est, quæ in luce omnium versatur, ad publicam salutem instituta, docet in suggestis, tonat in pulpitib; in omni genere doctrinarum dominatur, omnia lumina in se colligit, ut Orbem illuminet. Ecce Fax in Dominico, Sol in Thoma, stellæ, & radij in Raymundo. Spargit flores eloquentiæ: nam in Hyacintho sunt flores, in Rosa Rosæ: imò is, qui Ferrerius est, aureus fluit; Petrus Martyr pyropus; Catharina gemma; Beltramus Bellus thronus; Pius Quintus, vt aiunt, quinta essentia sanctitatis. Suspice, venerare, & tace. Tibi tamen condono Monachi vocem, si, quod solum sonat, velis interpretari Phœnicem, & hunc esse Ordinem Dominicum fatearis. Ceterum de Berofo aliàs diximus, & iterum dicemus. Incassum nos tentat *Els d'apnus e p'z'z'z'z'*. In casses inijcere.

A V C T O R.

Prouasi del Berofo esser vera, e legitima prole dell' Historico Berofo Chaldeo. Pag. 46. lin. 33.

K 2

CRI-

C R I T I C V S.

Tua opinio, præstantissime Mazza, non tantum librata ingenio tuo acutissimo, sed etiam deliberata, & prolatâ tanto animi candore Te Auctore deberet recipi, & cur non Patris Magistri Sacra Theologie, & Auctoris Historia Gottica desumpta à fundamentis Berosi Anniani. Sapis.

V I N D E X.

Delicias facit Criticus, & ironicè agit cum viro docto, & graui, qui certè hac in re cautè admordum, & prudenter se gesit: nihil non mature, & seriò considerauit, suam dubitationem exposuit, & quidquid contrà afferri poterat occupauit: adeout mihi admirationem iniecerit. Lege illa, amabo, quicunque mea hæc legis. Comperies nihil hoc homine esse vel consideratus, vel candidius. Eum tamen Criticus contumeliosè accipit, & irridendo laudat, & laudando irridet. Sapit rem suam Mazza, eique cor suum sapit, & nos eum non publici saporis Auctorem existimamus. Cur quæso, te auctore, opinionem suam reijceret, quam alijs facit probabilem, & mihi, si alicuius sum numeri, idoneus Auctor est. Historiam Gotticam delibaui, & ex vngue Leonem Mazzam æstimaui. Probabitur illa, me Auctore, omnibus eruditis. At tu Critice tantum virum perfucum traducis, & officijs illitum irrides. Hic ego illius nomine tibi repono τά διορος γρα.

C R I T I C V S.

Idem nomen est Berosi relati à Vitruvio, Plinio, Iosepho, Plutarcho, Stobao, ac illius, quem edidit Annius; ergo sub uno, etdemque nomine edita debent credi eiusdem Auctoris. Sapis.

VIN-

ITane argumentatur Mazza? Sic imponit Criticus. Vbi hoc Mazza! Persona Mazzæ ipsi imposita à Critico ita loquitur in Scena. Fucum nobis facit, non decipiet. Aptè, & probabiliter vtitur Mazza tribus conjecturis. Ab inscriptione libri, ab Auctore vnico, qui duplex esse non potuit, à materia de qua scripsit. Vbi hoc nomen commune cum illis Auctoribus, quorum nullos, si Iosephum excipias, nominavit? O iniuriam! Nam non puto esse hominis oscitantiam, quem acutum, & solerter video, sed nimium in obiurgando, & increpando. Utinam melius collocaret ingenium. Nescio quæ intemperies in transuersum egit. Doleo. Eo me consolor. Asparsi in πνελυ.

C R I T I C V S.

Ista opinio que Mazza singularis modo est, posset esse communis, si homines vellent persuaderi. Sapientia.

NAuseat hic animus. Si rationes quæ mihi persuadent, inquit Mazza, alijs rem persuaserint, mea priuata opinio poterit communis euadere. Quid prudenterius? In rationibus momentum ponit Mazza, quæ persuadeant, non in voluntatibus. Quid queris? Criticus causas querit rixandi. Audi. Mihi sanè persuasit: vnu sum; verū non sum assuetus frigidis ratiunculis moueri. Spero fore alios similes mei. At sunt obtusi. Malo esse obtusus, quam liquidus. Hinc illæ lacrymæ. Scribit Criticus, sed Δημήτριος.

CRI-

C R I T I C V S.

*Librum deflorationis Chaldaica scriptum à Berofo testari à
Metasthene Persa, Manethone aegyptio in operibus, qua bono
genio edidit Annus, hunc repertum non debere repudiari.
Sapis.*

V I N D E X.

AN hoc probat Mazza horum tantum auctoritate? Mirum quidem. Numerat eos fateor, sed obiter, & suspenso gradu, donec perget ire ad argumentum nixum auctoritate Iosephi. Itaque non spernit alias, quorum suspectos esse plerosque nouerat, sed ijs adductis ne videretur auctoritatem negligere, addit maius pondus, quo moueat Lectores infensos Annio. Prudenter, vigilanter. Scaperdam trahit Criticus.

C R I T I C V S.

Iosephum antiquitatum lib. 1. cap. 8. discrece afferere Beroum Chaldaica deflorasse, & licet Gelenius versionem istam non seruet, ramen Ruffinus, qui accuratius Graeca expressie ea habet, quod potissimum concludit istos Chaldaicarum deflorationum libros legitimos esse. Io sapis. Persapis.

V I N D E X.

Cautus, & circumspectus Mazza. Nihil non videt: suam proposuit dubitationem ex diuersitate versionum, & fatetur ingenuè nutasse se in sententia, donec incidit in versionem Ruffinianam, fortassè quia perstitit immotus omni formidine abiecta. Quam versionem Ruffini probat ex Freculpho, cui illa Ruffini probatur. Sapit ergo Mazza; qui eum improbat, desipit. Cur occulta-

cultauit Criticus Freculphum & Quam vocem locum sap-
pis coniunxit, eam cum triumpho coniungere debuisset.
Etenim Mazza de Critico triumphat. Audi in hunc
tempore τινὰ μὲν πάντας οὐκέπιεν.

C R I T I C V S.

*Vis pancy, & ingenuè dicam, mi Mazza, in omnibus despis:
nam omnia reliqua corruunt per se.*

V I N D E X.

Audacter, & insolenter. O puerum ingenuum, quem
non puduit hoc effutire: *in omnibus despis.* Adeò
in nullo sapit? Palato tuo non sapit liuore prorsus cor-
rupto, alijs incorruptis sapit. *Per se corruunt.* Stant po-
tius inconcussa, nec ea tuis arietibus, & machinamentis
conuellis. Verum hæc sunt parerga: veniamus ad insti-
tutum. Sed prius iaciamus illud Epicharmi *ἀντίτετρον δεῖνος,*
αρρα σιγῆν αἴδινατος.

C R I T I C V S.

*Iosephi, quem somniculosè citas cap. 8. cùm sit cap. 4. lib. 1.
quandoquidem ad Graca recessis, talia sunt ἡγι βηπωσσος ὅτα
λαδανά οφεγαγανώ, quia in unum collegit, qui scripsit Chal-
daica, ut desinas tantum Ruffino deferre, ut ab eius versione
verba Iosephi velis pendere. Hinc emicat eruditio tua, qui
omnes præ fungos habes.*

V I N D E X.

Aparet malevolentia Critici in eo, quod ait somni-
culosè citari cap. 8. cum sit 4. Noris Lector in
Græco, vbi capita sunt longiora, ponit cap. 4. at verò in
versione Latina, vbi sunt breuiora ponit cap. 8. vti citat
Mazza, qui Latinam versionem sequitur: itaque citare
debue-

debuerat uti inuenierat; vigilabat cum legebat Latinam versionem. Quod attinet sensum, non nego verbum Græcum συγγραφή significare in unum colligere, & collectionem facere: sed si Ruffinus istam collectionem Deflorationem vertit, & in hoc sensu verba accepit, & ita Latinis Typis scriptum est, in quo peccauit Mazza? Oportet damnare versionem Ruffini, & communem Latinam editionem, quod nemo ausit præter Criticum. Ego quidem, qui Græca lego, & intelligo, improbare non audeo Ruffini versionem, quam supra Petrus Tolosanus probauit; etenim cur illa *collectio rerum* non possit appellari *collectio florum*, hoc est rerum collectarum fasciculus, atque adeò appellari *Defloratio* non video. Contendat cum Ruffino Criticus tanquam cum Achille Troilus, nec insultet Mazzae ironico more, quasi homini ineruditio. Certè si is error esset Ruffini, tacitum non ferret S. Hieronymus, qui cum eo solet super leuioribus ex postulare. ἀνθρώπῳ διαλέγει. Vento loqueris.

A R C I T O R.

Il secondo fù perche contando. Pag. 47. lin. 22.

C R I T I C V S.

Pater Magister an tantum à studio Logices recessisti, ut oblitus sis quod docet Aristoteles. Pudet me hoc tibi suggerere: tamen te ipso nolente, audi quid dicat omniscius Magister Aristoteles, dicam latine. Sed & hi, qui ex eo ducuntur, quod sumitur quantum initio propositum, & qui ex eo, quod ponitur non causam pro causa per Elenchi definitionem sunt manifesti: oportet enim conclusionem euenire eo quod illa sunt, quod certè non est in non causis.

VIN-

V I N D E X.

Vbi errare putat Mazzam, ibi Magistrum appellat,
vt geminet iniuriam. Sed fallit, & fallitur. Quasi
verò Aristoteles hanc vnam in suis Analyticis argumen-
tandi rationem proponat, quæ ex causis, & principijs
procedit, & penè sola sit demonstratione vtendum, &
ad hanc cogere tentat Criticus Magistrum Mazzam, qui
fanè, vti doctus, optimè nouit, & alias ab Aristotele
propositas esse formas argumentandi, & verum colli-
gendi, nec opus esse à causis argumentari, nec enim ex
solis causis, & principijs argumentari docuit Aristote-
les, vt sit in demonstratione *propter quid*, sed etiam ex ef-
fectibus ad causas, quæ dicitur Demonstratio *Quia*,
deinde ex auctoritate, quæ humanam fidem parit, & ex
probabilibus quæ gignunt opinionem, præterea ex in-
ductione quæ generat certitudinem experientiæ, & om-
nes hi modi sunt apti ad argumentandum. Imò si quis
vellet ex causis, & principijs semper argumentari quid-
dam adynaton moliretur; multa enim sunt, quorum
causæ, & principia ignorantur. Legat qui volet libros
Institutionum Dialecticarum, quæ summulæ nuncupan-
tur. o' *καρπάθιος τον λαγών*. Carpathius Leporem.

A. V. C. T. O. R.

Ne misia detto per infirmare. Pag. 48. lin. 30.

C R I T I C V S.

Imò ita dico, sed amplius: tam socordem fuisse Annium,
vt non omnia rectè componeret, sed aliqua contraria illis, quæ
scripserat Berosus. Verum vide adnotata ad fol. 108. alind
enim est dissidere à libris sacris, alind dissidere à se ipso,
quod visus est Mazzam non distinxisse.

L

VIN-

V I N D I E X.

DIcis, sed non aptè, vt dicam mollius. Agitur hic deconiectura circa vera, & noua inserta, quæ idonea est ad colligendum Berosum Annianum non esse suppositum; nam vt vellet Annius ad fidem suo fœturi faciendam momenta adiucere, non ea peteret ex adiuentis veris, sed etiam ex aliunde quæsitis: non fecit ergo astutè vt imponeret, sed ingenuè vt germanum fœtum proderet. Quod autem Criticus addit de nonnullis falsis immixtis, alia quæstio est, nempe ad suam notam quæ ille Mazzam vadatur, & nos pro eo litigabimus.

A V C T O R.

Di questa accomunanza del nome di Dio ai Principi, e Potentati del Mondo. Pag. 108. Pag. 62. lin. 40.

C R I T I C V S.

Nomen Dei in usu profano apud Priscos commune fuisse, prout vult docere Mazza homo exiguae lectionis, non vidi, si memini. Id esse potuisse cur minus credam Mazzae faciunt auctoritates, quas è libris sacris adducit, quos locos interpretatur Theodoreetus, non quod propriè Iudices Dī dicerentur, sed quia ad imitationem Dei eis sit delegatum iudicandi munus. Verba Exodi cap. 7. Ego dedi Te in Deum Pharaonis, idest meam Diuinam Potestatem in Te supra omnem statui, posui eum in tua potestate. Scio quidem Ethnicos pro eorum levitate promiscue homines de se bene meritos adseruisse Dīs: sed inter homines in usu promiscuo nomen Dei usurpatum non vidi. Sed hanc longam digressionem ad excusandum Berosum, quod Noe vocauerit Padre de Dei commode poterat Mazza omissose, quandoquidem Ethnicos in istis tam castigata locutione obnoxios non esse, omnes sciunt.

An

An voluit tanta doctrina, quantum hic protrudit se promum condum? Macte.

V I N D E X .

Hic ab *revastæ eruditionis homo*, *exiguæ eruditio-*
nis Mazzam appellat, *vbi ille contrà exiguae se-*
eruditioñis hominem esse ostendit. Mihi secus visum,
nimirum Mazzam hoc in loco vastæ eruditioñis homi-
nem esse. Sitam *Criticus* esset eruditus non negaret no-
men Dei tam esse commune non solum in profanis, *sed*
etiam in sacris litteris. Satis erat legere Augustinum.
lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 23. & Commentaria Ludo-
uici Viues, *& totum lib. 4. eiusdem*. *Sanctus Hierony-*
mus tomo 5. in quæst. Hebra. cap. 6. Verbum, *inquit*,
Hebraicum Elohim utriusque numerie est. Deum enim,
& Deos significat. Ideò *Aquila filios Deorum dicere ausus est*
Deos, *Sanctos*, *vel Angelos intelligens*: *quem sequens Syma-*
chus ait: Videntes filij potentum, filias hominum. *Strabo au-*
tem sic in cap. 6. Genes. Videntes filij Dei: filij Seth intelligantur. En *Deus Seth*. *Lyra ibi. Demones dicuntur filij*
Dei propter naturam spiritualem. *Rabbi Salomon in cap.*
Genes. Elohim aliquando accipitur pro Deo, *aliquando pro*
Dyis in plurali, *aliquando pro Iudicibus*, *unde Exodi 22. Filij*
Dei filij Iudicum, *vel potentum*. *Confirmat Lyra*, *& loco*
Exodi 22. Dominus Deus applicabitur ad Deos, *idest ad Iu-*
dices. *Et rursus, filij Dei filij Iudicum*, *& potentum*. *Idem*
tradit Abulensis in cap. 6. Genes. quæst. 7. & 8. & 9. &
in Exodum p. 1. pag. 45. colum. 3. Si hæc in sacris, *quid*
in profanis? *Memini cùm puer essem legere me in Po-*
lyanthæa verbo Deus, *& Angelos*, *& Magistratus Angelos*
tum bonos, *tum malos ratione spiritualis naturæ*, *&*
Principes in Republica homines Deos appellari. *Atque*,
ut magnum Auctorem afferam; *Cicero*, *Platonem Phi-*

L 2 lofo-

Iosophorum Deum appellauit. Quid? quod *Manes* etiam
Dij vocantur, non solum in profanis litteris, sed etiam
in sacris i. Reg. 28, Pythonissa *Deos*, inquit, *video ascen-*
dentes de terra, quando suscitauit Samuelem. Adeout hoc
nomen *Deus* commune sit & Cœlo, & Terræ, & Inferis,
non tamen eadem ratione: agitur enim non de rei, sed de
nomine. Hæc ego homo alicuius eruditionis, minus ta-
men vastæ, quam Criticus, ei responsa remitto: ille
quidem eruditione sua vasta eruditionem vastauit. Con-
tentissimus hoc Catone. Ille rār oqāv βῆτα.

A V C T O R.

Noe inteso per il Chaos. PAG. 23.

C R I T I C V S.

Noe quis pro Chao intellexerit prater Mazzam, & insulfis-
simum Annium, & eius Symmistas non vidi. *Xaos* Hiatus est,
& tenebre à verbo *xaiw*, quod in libris sacris exprimitur,
& hoc seniori sensu Ouidius est interpretandus. Si Noe dicam-
mus Chaos, perinde eum decorabimus, ac si noctem nominare
præmalimus, quam diem, tenebras potius, quam lucem. Non
sunt sapientis, sed desipientis ista vitia, quæ nolim doceri ab In-
quisitore Verone, sub cuius iudicio tot Scriptorum scripta ut
censerit debent, ita nolim tam præpostera sententia, &c.

V I N D E X.

V Nnus ego horum Symmistarum sum, & mecum
plures Auctores habeo. Criticus querat sibi con-
gerrones, quos puto me auditio nullos habiturum. Chaos
igitur Græcè *xaos*, vel ex Lexico Græco collecto ex Bu-
dæo, Erasmo, Cælio in primis celebri aliud, quam
quod existimat Criticus, significare constat, ubi sic
xaos *Chaos Mæcælla Regio* vocatur omnis rerum confusa, &
in-

indistincta materia, qua omnium rerum fuit principium.
 Hiat hic Criticus, & stupet hianti ore. Quod Mazza
 occludit obiecto Calepino *Chaos*, inquit, *confusione*. He-
 siodus in *Theogonia*, *omnium rerum initium* vocat, quod
ante omnes Deos, Deasque natum sit, de quo *Orpheus initio*
Argonaut. Alij appellant materiam *Cæli*, & *Terra* & *confusam*,
atque informem, qua primum ex nihilo facta est. Addit
 contra Criticum deducentem à verbo *χαῖρω* dictum *Chaos*
à ξενού fundo, quod fuerit *fusio*, idest *confusio Elementorum*
omnium. De hac confusione Ouidius, quem adducit
 Mazza, & antè adduxerat Abulensis in cap. I. Genes.

Ante Mare, & Terras, & quod regit omnia Cælum
Vnus erat toto naturæ vultus in Orbe,
Quem dixerat Chaos, rudis, indigestaque moles.

Et Lucanus lib. 2. Phars.

Sive parens rerum cum primum informia Regna,
Materiamque rudem flamma cedente recepit,
Fixit in aeternum causas.

Chaos, illa erat Abyssus, Genes. I. Super faciem *Abyssi*,
 vt exponunt ibi Abulensis, & Lyra. Hic *Abyssus*, inquit,
vorago Latinè, & importat immensam aquarum profundita-
 tem. Importat etiam confusionem quandam, & commixtio-
 nem. Et iterum: *Confusio*, & *commixtio* erat in *Elementis*,
 & ideo vocabatur *Abyssus*. Ille autem quæst. 9. Dicitur,
 inquit, *Abyssus tota materia indistincta, vel informis conge-*
ries: & laudat Ouidium vocantem *Chaos*. Hoc sensu ac-
 cipiunt communiter Interpretes, secuti Augustinum,
 qui *materiam informem* appellauit. Quid hic Criticus?
 Expauit. *Chaos* illi *Chaus* visus est; sed velim adsit, &
 audiat. Chaos deducitur à *χειρ*, quod est *fundo*, non vero
 à *χαῖρω*. Ut cumque autem sit non significat *tenebras*, sive
noctem, vt ille comminiscitur: quid enim tenebris, quæ
extatos, vel *nox*, quæ *rūgē* cum Chao. Non sunt igitur ista
 Mazza

Mazzæ desipientis, sed sapientis initia, & rectè docet Inquisitor Veronæ, cuius iudicio tot Scriptorum scrip-
ta meritò censenda committuntur. Nota Critici casti-
ganda est. Retineat sensum suum Ouidius, vt sanus sit,
quem Mazza tenuit, & nos tenemus cum Interpretibus
Sacrae Scripturæ germanis, quibus adhærere malo, cùm
ille præmaluerit discrepare, quod verbum nullum est in
Latina lingua, sed eo ille appositiè vius est, vt suæ sen-
tentiaæ insolentiam aptè significaret. Ei iure **Decernetur**
Equa Thessalica. Επιχρισταὶ τέτοιος θεωρίαν.

A V C T O R.

In Cratere meo Thetis est coniuncta Lyæo.

C R I T I C V S.

*Ridiculus est interpres in huia dissichi interpretatione.
Cave putes istud tanquam à monitore profectum, sed à que-
rente: immixtum nimium sibi vinum fuisse exitimo in soda-
lium symposio.*

V I N D E X.

Frustra pro deridiculo habet interpretationem Maz-
za: quæ iusta, & venusta est. Largior ei quod
vult, nimirum sensum vulgarem esse in eo Cratere con-
tineri vinum aqua dilutum, adeout maior esset aquæ co-
pia, quam vini; quam interpretationem Mazza non ne-
gat. Insicior tamen non posse illo modo intelligi quo
Mazza vult, vt essent in eo Cratere cælata illa duo signa
Tethidis, & Bacchi, alterius aquæ, alterius vini symbo-
li, & Numinis, imo & hunc duplicem sensum habere
carmen affirmo, eoque augeri venustatem sententiaæ.
Itaque intus erant sigilla duo inclusa ob locum, & ex-
clusa ob artem, & significabant liquores duos aquam,

&

& vinum mixtos; Nec id est insolens: cùm in poculis si-
miles effigies soleant & hodie videri, & olim visæ fue-
rint, quemadmodum tradidit Virg. lib. 5. Aeneid.

*Cymbia que argento perfecta, atque aspera signis.
Et in rem aptius Ecloga 3. apud eundem in contentione
Pastorum. Ponit vñus*

Pocula calatum diuini opus Alcimedontis :

In medio duo signa Conon, & quis fuit alter?

Descripsit radio totum qui gentibus Orbem ?
En duobus illis sigillis Mazzanis respondeant duo illa
Virgiliana. Lege Interpretes, & in primis Cerdam, qui
omnes Mazzam ab hac nota, & irrisione vindicabunt.
Αρδας τοι λελάπην. *Vulcanus tibi vaticinatus est.* Bellè
Mazza.

A V C T O R.

Macrobio. Pag. 77. lin. 1.

C R I T I C V S.

Macrobius non est huius classis.

V I N D E X.

Non ponitur Macrobius tanquam æqualis, aut sup-
par tempore, sed tanquam Auctor eiusdem origi-
nis vocabuli, quemadmodum animaduertit Mazza, dum
ait citati à Macrobio. *In armis accissat.*

A V C T O R.

Loco proprio doce la Nauë Noemica posò.

Pagina 78. lin. 21.

C R I T I C V S.

*In Sacris Litteris est quoque in editione vulgata in Arme-
nia,*

nia, pro quo in editione septuaginta Interpretum est
Desideratur, nempe pars pro toto Ararat. Beroſi Gordicum idem esse putare facit, quod
Deest: ascendit in Montem Gordi, & aspergit locum Aræ.

V I N D E X.

Nihil hic opinor, dissentit Criticus à Mazza obrutus eruditione hominis, quæ mira est: turbare tamen instituit machinis verborum Græcorum, quas admouet, non ut concutiat, sed ut excitet puluerem, & nube inducta splendorem eruditum obscuret. Nihil est hoc loco exquisitius, nihil accuratius, nihil explanatius. Mihi legenti & voluptati, & admirationi fuit. Legi hic doctissimum Abulensem. Illud obseruo de loco designato nomine *Ararae* discordare Criticum à Nicolao Lyra, & ab Hebræis. Rem in medio relinquo. Non respondet opinioni calculus. οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωρῆι. Non capit Delphinum lanx escaria.

A V C T O R.

E non solo al tempo di Beroſo. Pag. 80. lin. 3.

C R I T I C V S.

Si Beniamino de Omat credendum est, credenda sunt etiam alia insulsa commenta, que de sua gentis magnitudine prodit. Hac si quoque defendere Mazza poteris, poteris etiam defendere eiusdem de Romuli, & Davidis falso Synchronismo. Nicolaus Damascenus apud Iosephum dixerat reliquias lignorum longo durasse tempore, sed suo tempore durasse non prodit.

VIN-

V I N D E . X .

PRÆCLARAMI argumentandi rationem! Ab vno ad pleraque alia! Credit vni, ergo alijs. Contrà oportebat: Alijs, ergo & vni. Haberet locum argumentatio si de Fidei mysterijs loqueremur: in qua omnino capitale est quidquam non credere propter vnam, & indicuam Dei auctoritatem. Antu, quod est proprium Dei vis commune fieri Historicis hominibus? Deinde, quod genus colligendi est: Habeo fidem Liuio in ijs, quæ narrat gestis, ergo & in prodigijs, quæ commemorat? Tu Critice docte, & sapiens, qui de gestis non dubitas, ne de prodigijs quidem ambiges, si rectè deducis. Sta in vestigio. Tene Arcæ fragmenta: his adhære. De his agitur. Cur ad synchronismum Romuli, & Dauidis diueritis? Quid fragmentis Arcæ cum Annis Dauidis, & Romuli? Manet illa, hi fluunt. Firma, & fluxa pugnant. Præterea, ille synchronismus non tam fuit olim exploratus, ac existimas, in quo nonnulli hæserunt, propius Dauidem Romulum ponentes. Lege Viues, Tornielum, & Salianum, diuersa opinantes plures inuenies. Non ijs assentior, qui sciam Dauidem anteceßisse Olympias, intra quas natus est Romulus, sed ostendo non tam esse absurdum, quām putat Criticus synchronismum, præsertim cùm de origine Vrbis Romæ varient Auctorum sententiæ. Hinc excusatio Didonis Virginianæ. Quod adscribit de Iosepho, quasi Mazza dicat fateri eum suo tempore durasse Arcam, incongruum est. Nam id Mazza non dixit, sed solùm: *Forse anche al tempo di Gioseffo si vedevano*. Suspicando, & probabiliter inferendo, non adducto testimonio Iosephi, sed sua producta coniectura, quæ omnino est idonea, cùm multis post seculis Beniaminus, auctore Maluenda, scribat suo

M tem-

90

tempore extare. De quo minus Criticus ambigeret, si Maluendam melius nosset, virum, & grauissimum, & doctissimum. Patribus Dominicanis, qui ibi Euāgelij causa versantur, & multis nobilibus curiositatis causa peregrinantibus, & ea loca inuisentibus facile est credere, quæ de Arcæ ad eos Montes appulsi, & fragmentis ibi repertis, seruatisque memoranteur, idque nonnulli eorum in suis itinerarijs scripserunt. Hæc tamen Mazzza, & ego, homines exiguae lectionis nouimus. Criticus vastæ, & copiose non nouit.

A V C T O R.

Tzeze addotto dal Padre Maluenda. Pag. 80. lin. 6ab

C R I T I C V S.

Locus Tzeze est Chil. 5. II. num. 10.

V I N D E X.

Q Vasi Mazzam velle monere de omisso loco, & oscitantia arguere. Rem magnam. Non attinebat indicare locum, quem Maluenda adduxerat; hoc producto appositiè Mazza. Tzezes adductus à Maluenda. Actum ageret si citaret Tzezis locum citatum à Maluenda, apud quem erat in commentarijs super 6. cap. Genes. ut supra laudauerat. 154. nosti.

A V C T O R.

Settimo argomento del Cano. Risposta. Semiramide non prima fondatrice, mà ingranditrice di Babilonia. Ad cap. 54. Pag. 108.

C R I T I C V S.

Non est cur laboret Mazzza, nam est error inexcusabilis in anno.

91

91
Anno . Berosus , apud Iosephum contra Appianum lib. 8.
1045. negat Semiramidem fundasse Babylonem , & opera mi-
rabilia , quæ predicanter ab ea fuisse constructa . Annianus
suppositius Berosus asserit Vrbem maximam ex Oppido fe-
cisse , ut magis possit dici illam adificasse . Toris viribus enixus
fuerat , ut negaret ab ea adificatam : nunc repugnantia irren-
conciliabili asserit ita se circa eam gessisse , ut posse dici adifi-
casse . Sed nota apud Iosephum non tantum negare à Semira-
mide contraria tñ Babylônia : sed etiam tu Gavudora dñlwa tñpè
kutlu vñt è reuine Epya constructa . Impudentis temeritatis erit
ista ab eadem manu venisse contendere . Ego , qui parum La-
tinè scio , stupeo Mazza m à Berofo Iosephi contendere à Semi-
ramide mira opera , & adficia Babylonis facta fuisse , cum
Iosephi Graeca versio Latina , & quam citat ipse Mazza con-
trarium prorsus dicat . Stuporem leua Mazza . Quid gaudia
nostra moraris ?

V I N D E X.

NON videtur legisse Criticus Mazzam , nedicam corrupisse . Mazza producit vtrumque locum & Annianum , & Flauianum , & vtrumque concordare Lector comperiet : ita vt constet ipsam Semiramidem non condidisse Babylonem , sed auxisse , condecorasse , muniuisse , vno verbo amplificasse . Confer testimonia . Annianum hoc est . *Ipsa hanc Vrbem maximam ex Oppido fecit;* Ergo iam erat Babylon ædificata cum Oppidum esset , quod nomen commune est etiam Vrbibus . Addere vero vt illam magis dici possit ædificasse , quam ampliasse , exaggerando magnifica opera , quibus auxit Babylonem iam ædificatam , non significat fundasse Semiramis Babylonem , sed fundatam auxisse . Flauianum est illud : *Culpat Scriptores Gracos quasi vanè arbitratos à Semiramide Babylonem ædificatam , & mira opera ab illa circa eam fuisse*

M 2 mil. pol con-

constructa. Quod testimonium non discrepat ab Annianō, dum negat Græcis vtrumque præstisſe Semiramim, & condere, & ampliare; non quod neget ampliasſe, & ornasse, sed quod inficietur condidisse ſimul, & ampliasſe. Eſt in Græco coniunctio τῶν Βαβυλῶν, καὶ τὰ θαυμάτων ut ſuper vtrumqne cadat propositio. Fefellit Criticum copulata oratio credidit vtrunque negasse Beroſum Flauiānum, nimirū & ædificasse, & ornasse. At ille partem negauit, partem conceſſit: negauit ædificasse, non negauit ampliasſe: quod aliud testimonium Annianum dixerat. Nulla ergo eſt in Beroſo contradic̄tio, imo concordia. Vtrobique negatur condidiffe, conceditur auxiſſe; Et quanquam Semiramis ſolos muros ædificauerit, verè tamen ijs auxit, & ampliauit Vrbem, cùm ijs abundarent turribus, & ædificijs aptis ad habitandum, & circumcircà multæ domus deinceps ædificatæ fuerint, & ipſa Vrbs munitior facta plures habitatores acceperit, quorum augmento creuit mirum in modum Babylon, & tāiquam noua Vrbs ex Oppido facta eſt, quemadmodum dicit Beroſus Annianus, nihil diſcrepans à Flauiāno. Errorem igitur finxit Criticus, & affinxit Annianō Beroſo. Illud in ipsum conuerto. Non eſt excusabilis lapsus Critici. Lege Chronicon Alexandrinum, Diodorū, Iuſtinum ex antiquis, Torniellum, Salianum ex nouis ad annum Mundi 1932. & ſequentibus, qui Beroſo Anniano conſentiunt. Ab ijs accipe quæ Semiramis Babiloniæ ornementa, & munimenta addiderit, & ex ijs collige ſenſum Beroſi Flauiani in propositione copulata. Stupeat Criticus in Mazza, vt olim Pallas in Turno, ne gaudia noſtra moretar: Vicit Mazza.

A V C T O R.

Ancora c' habbia ſcritto come coſa notiſſima alli Egizij.

Pag. 109. lin. 14.

CRI-

C R I T I C V S.

*Imo ut Aegyptium magis erat aptum cum exotico testimonio
conuincere, quam neutrins gentis. Acumina Mazza.*

V I N D E X.

Notæ ansam sustulit Mazza, dum ait *in re notissima* superuacaneos esse testes. Obserua illud *Cosa no-*
tissima, qui ergo moliatur probare quæ Sole sunt clario-
ra? Constat ratio Mazzæ, cuius clava Hydræ maleuolæ
capitat unduntur. At Hydra non est enecta clava, sed
igne. Sanè verūm hic clava, & luce opus est, quam clau-
ua iectu extundit. Verūm prius canum à connexo disun-
xeris, quam à linore Criticum.

A V C T O R.

Dipoi premesso questo asserto. Pag. 132. lin. 3.

C R I T I C V S.

*Megasthenem scripsisse ante Berosum annis circiter quin-
quaginta, prodit Scaliger ad fragmenta vera Megasthenis fol.
19. cuius argumenta vide lib. 1. de emendat. temp. fol. 392.
vide quam bene Annianis conueniat. Vide supra ad fol. 37.*

V I N D E X.

Quodsum hæc? Mazza demonstrat pag. 32. duos, ac
diuersos esse Scriptores Metasthenem, & Mega-
sthenem, siue vtrumque dicere velis Megasthe-
nem, ut Voissio assentiaris neganti nomen esse germanum.
Metasthenem. Quid ergo Criticus arguit vnum ex his
esse maiorem annis quinquaginta Beroſo? De vtroque
debuisset, si id referret. Ut vt sit Auctore Iosepho Sca-
ligerio nihil concludit. Hoc est argumentari, an argu-
tare?

94

tare? Legere Auctores, an peregrinari? Quid? Quòd
vnus Scaliger non tanti est vt nobis sit præiudicata eius
auctoritas, quàm tot modis frangit Petauius, aliquæ
nobiles Chronologi. Iam verò quàm ineptum est pro-
uocare ad locum Mazzæ fol. 32. quo Critici ratiocinatio
labefactatur? Negat quippe ibi vnum tantum esse Me-
gasthenem, quo prorsus corruit machina argumenti.

Megasthenem quippe ibi vnum tantum esse Me-

A V C T O R.

Libro, ò Berosiano, ò Anniano, ò di chis fia l'Autore.

Pagina 113. lin. 35. & 36.

C R I T I C V S.

In suos ipse decidit casses.

V . I . N D E X .

CAssiculus hic est Araneæ. Qui sunt hi casses, in quos
decidit Mazza? Cassis hæc est, quàm Criticus fran-
gere non potuit. Affirmare librum cuiuscunque demum
Auctoris sit eum esse idoneæ auctoritatis, hoc est in cas-
sem decidere. O bellum, ò pulchrum! sic texit Aranea
casses; quærat muscas Criticus, non Mazzas. Non ille
nos cùm Græcis εμβρονις vocabit, nec cùm Ouidio canet
Decidit in casses prada petita meos.

A V C T O R.

Del nostro anticario antiquitatum studiosissimus.

Pagina 117.

C R I T I C V S.

Duo ista epitheta mirè Annio conueniunt, qui cùm anti-
qui-

25

quitatem tederet, omnem lapidem mouebat nouitium, ut à
retroactis seculis vellet videri scientissimus. Benè ut potè
qui aliquibus persuasit ita.

V I N D E X.

LApides hic loquitur Criticus, dum ad lapides recurrit, ut lapidet Annium, eique assentientes. Qui sunt hi lapides nouitij? Nouitus in his videtur Criticus nouus Annij calumniator. Eritne qui neget eum antiquitatis studiosum? vel lapides ipsi clamabunt. Certe Gottofredus eos libros, quos citat Annus, probauit. Audiat Criticus suum Scaligerum adnotaciones, quas ille in pretio habet Euseb. Tām Chaldaica Berosi, quam Aegyptiaca Manethonis non solum retinenda sunt, sed etiam in pretio habenda propter reverentiam vetustatis. At opponet Criticus Chaldaica Berosi esse Flauiana, non Anniana. Repono etiam hæc probari Gottoredo, & Micrelio, nec improbari à Saliano etiam commemorante Titianas Berosi Anniani ad annum Mundi 1657. num. 13.

A V C T O R.

Annales Volusi cacata charta. Pag. 129. lin. 28.

C R I T I C V S.

Abstine de tuis istis quid dicat hos versus Catulli: nam tunc es set obsecanus, vel te iudice Mæzra.

V I N D E X.

HO C deerat: ista conforiz. Abi cum tuis forijs. Conducis forias Iuuenalis, quia obsecna folidis immisces. Procul hinc cum tua discida.

AVCTOR.

A V C T O R.

Così pur anche dalli istessi Romani. Pag. 132. lin. 6.

C R I T I C V S.

Dionysius à Romanis Etruscos dictos fuisse ait: A Regione, quam olim coluerant nomine Etruria 431. Quid essec
χώρα, quid esset πόλις, non distinguit eruditissimus vir pro
captu suo.

V I N D E X.

MAZZA pro sua ingenuitate credidit versioni Latinæ Dionysij, quæ huiusmodi est *Romani quoque eos appellarunt Etruscos ab Etruria, quam Ciuitatem ipsi aliquando habitauerunt.* Igitur caret reprehensione, nec oportebat textum Græcum consulere. Quod si interpres non Regionem, sed Ciuitatem transtulit, non temere fecisse existimandus est, quod credidit Regionem à Ciuitate dictam, ac perinde esse Regionem, & Ciuitatem. Quot enim Regiones à Principe Vrbe nomen acceperunt? Docet hic eruditè Mazza pro captu suo capaci omnium dōtrinarum. Lege sequentia. Ταῦτα κατὰ ὥραν μένει. Addo pro meo captu χῶραν Ciuitatem etiam significare. Ita Lexicon Budæi, Erasmi, & Cælij. En bolum ereptus è fauibus.

A V C T O R.

E così deuensi credere di questa Etruria.

Nihil hic Criticus. Nihil Vindex.

A V C T O R

Cioè dice che i Volturenzi. Pag. 133. lin. 11.

CRI-

2 CRITICVS.

97

Volturna Fanum fuit in Hetruscis. Volturnum in Campania. Quantum distent videant Geographiæ periti. Hetruriam Ciuitatem vidit solus Annius, & eius discipuli.

VANDEX.

PERsuasum sibi habet vnam tantum Ciuitatem Voltturnum esse potuisse. Non debuit. FATEMUR Voltturnum esse in Campania. Cur non potuit in Hetruria? Reuoco ad Liuum lib. 4. decad. I. *Vulturnum Etruscorum Vrbem*, quæ nunc Capua est à Samnitibus captam, Capuanque ab Duce eorum Capue, vel quod propius verò est à campestri Agro appellatam: cepere autem prius bello fatigatis Etruscis. Exhibit Liuius Voltturnum Vrbem opus Etruscorum. Cur ergo si Etruscorum, non ab alia Hetruriæ Vrbe appellatam? Potuerunt Voltturnum à Volturno dicere, cùm præsertim & Volterræ, & Volterrani Populi in Hetruria fuerint, teste Plinio lib. 3. cap. 5. vnde quadrat deductio nominis. Verum, ut inquit idem, *situs, originesque persequi difficile est*. Suspicio id nomen inditum Vrbi ab Etruscis, desumptum à propria Vrbe Hetruriæ, vt nomen gentis conseruarent. Propterea Samnites eiusdem potitos Capuam nuncupasse, ne illud externæ gentis monumentum in Campania esset. Quid hic noster Criticus? Illudet ne suspicanti? Coniectura idonea est, nec debet improbari. *Αρχιοχον πατας*.

AVATOR.

Adonque la moderna Viterbo, secondo il nome, fù l'antica Etruria. Pag. 133 lin. 17.

N

CRI-

C R I T I C I V . S.

*Conclusio absurdia. Parum memor inscriptionis, de qua
mentio in hoc fol. 10. in qua ex quatuor Ciuitatibus sua fie
Viterbum.*

V I N D A E X .

CVR absurdia? Eo inficias; nec video quid suo iudicio concludat Criticus: è quatuor Ciuitatibus constitit Viterbum: igitur non potuit esse illa Ciuitas. Imò quia tantæ molis erat potuit conseruari, & perennare. Maxime Vrbes, quemadmodum lentiùs, & laboriosius ædificantur, ita difficilius, aut intereunt, aut euentuntur. Testis Roma. Quid hic incurrit obliuionis Mazza non video: sui semper est memor. Immemor verò Criticus, qui citat fol. 10. in Mazza, ubi nulla est eius rei, quam inducit mentio. Παράγε μάρος.

A V C T O R .

Perche il suo famoso Tempio detto di Volturna, o come si legge in Tito Liuio, mà con errore di Stampa, di Voltumna era la Curia di tutta la Toscana.

Pagina 133. lin. 20.

C R I T I C V S .

Stulti Editores Linij omnes. Quò magis expurgatam editionem dare curauerunt, ed negligentiores fuerunt in corrigendo hoc errore Typographicò Voltumna. Mirum Annium à nullis adhibitum inconsilium. Gyraldus pendebat ut mutaret in Vertumnam, nec Volturne in mentem venit. Mazza ex Anniorante auctoritatis Scriptore correctionis modum monstrat. Correctionis, an deputationis? Dic sodes.

CR

VIN-

V I N D E X.

Verè Aristarchus. Nemini; parcit stultos: vocat Editores Liuij. Quos viros? Nemine excepto *omnes*, vt hæc iniuria æquius sit ferenda Annio, & Mazzæ. Agendum: corrigere Critice, quod i[n]neglexerunt, vel non potuerunt. Qui legis? *Volturna?* Minimè. Errorem esse a[i]s: *Vertumne* non probas, & si Gyraldi suspicio sit. Sanè Vertumnus nouimus, Vertumnus minimè. Quid ergo muginaris? Profsus nihil. Cur igitur improbas Volturnæ? Quo iure depravationem dicis? Volturnum extat in Etruria: ergo & Volturna poterit confistere. Sed illi iuratum est Mazzæ, & Annio refragari. *etaypos* *Xivius*. Ausonius: *Hic est ille Theon Poeta falsus.*

A V G T O R.

Qui dunque depongo la colera, e la penna.

C R I T I C V S.

Assume ingenium, si aliunde potes, & sanam mentem. Ad hoc te hortor. Nam ira, & stylus in pumilione risum facit, non metum.

V I N D E X.

Magna patientia opus est ei, qui cum huiusmodi conflictatur ingenijs. Ades Ferenti, ades Menecrates. Redit ad ingenium Criticus. Imò nunquam deposit mordacitatem. Ingenium acutum, & acre inest Mazzæ, non opus est aliunde petere. Sanam mentem, tam perspicuum est habere Mazzam, vt qui id neget, eum ego (vt cum Cicerone dicam) *haud sane mentis esse existimem*: *Dij meliora Critice*: Haud nosti quis sit Mazza, acutus Philosophus, maturus Theologus, præclarus in

Sacris Orator, Quæfitor generalis Fidei, Splendor Ordinis splendidissimi Dominicani, vbi lucere clarissimi est luminis, cum a tot radijs non hebetetur. Hoc accipe. In hac Annij Apologia mirè collucet; ut qui hæc litteras profitemur, eius eruditionem suspiciamus, & admiremur. Abi tu nunc, & hunc Titana pumilionem appella. Quem te Herculem putas? Nos illum ex *Mazza*, idest *Clana*, Herculem agnoscimus. Væ tibi si ille contra insurgeret. Scires tuo periculo. Virg. *Quantus*

In clypeum assargat, quo turbine torqueat hastam.

Cave tibi à Cane muto, & aqua silente. Ex Junio.

Appendix ad quædam à Critico de nouo addita.

A V C T O R.

Lo stesso Solone, cioè il primo de' loro Sapienti.

Pagina 49. lin. 8.

PRO CRITICO VINDEX.

Nota Lector. Afferit hoc loco fragmentum quoddam Gallica lingua scriptum, quod quia peruersum omnino, & corruptum est ab amanuensi non possum transferre, & loco inserere. Scio Gallicè, & sepè, ac diu Parisijs fui: non potui tamen efficere ut sensum redderem: tam sunt omnia perturbata. Video cù tendere, ut reprehendantur y, qui absurdis, & fabulosis habent fidem, & videtur negare veram esse, que hic continentur de Solone narrationem. Incipit Mais qui est celui, qui lisant, ce discours.

V I N D E X.

Verè parergon, quod eo pertinet: *Cupressum scis simile.* Solonis peregrinatio in Ægyptum nota est, vel mediocriter doctis. Exprobratio illa ei facta nouitatis

uitatis celebris. Quomodo ei narrationi accommodet Gallicam istam ratiocinationem viderit ipse. Certè quæ hic dicuntur de antiquitate gentis Aegyptiæ, & litterarum Aegyptiarum, & de illarum in Græcia inuentione sunt verissima, & eruditissima, & consona Plinio lib. 6. c. 56. à Cadmo è Fenicia in Græciam aduectas affirmanti, cui planè Iosephus, Suidas, & cæteri consentiunt. Quid hic absurdum, quid creditu difficile? Cur ergo illud assumentum Gallicum, nisi ut ynus, & alter paninus assuatur. Eat ille, & gallam bibat. Sunt hæc hymene Gallica frigidiora. Verum hoc est ingenium Critici: nihil alienum probare: delectari suis. Repono Gallicè.

Ce qui poulain prend en ieunesse

Il le continue en veillesse

Et ce qu'il prend in donture

Il le maintient tant qu'il dure.

A V C T O R.

Nam multo post sunt elementa reperta. Ex Lucret. lib. 5. in fine. Pag. 49. lin. 18.

C R I T I C V S.

In meo Codice legitur: Nam multo prius sunt elementa reperta. Hinc illa Pliniana, aternus litterarum usus, lib. 7. c. 65. lege Lucretiana quæ sequuntur.

A R I A T V . I N D E X.

Variat Lectione. Illa Mazzæ cum opinione Iosephi de Homerij Iliade mirè consentit, & melius currit carmen. Sensus Lucretij videtur constare retenta Lectione Mazzæ, hoc est. Primum, olim, idest ante inuentas litteras, Poetæ cantu, & gestu res gestas celebrabant nihil omnino scribentes, quod notis destituerentur, quæ longè

gè pòst repertæ sunt. Versio Critici contraria est, non tamen insolens. Verùm ea videtur esse minus idonea, & in editione Danielis Parei aliter legitur.

Nec multo prius sunt elementa reperta.

Vnde apparet lectionem Critici non benè concordare cum mente Poetæ. Lege Lucretiana, quæ antecedunt, inuenies id agere Lucretium, ut monstrat, & laudet prioris æui simplicitatem, & posterioris luxum, vnde sequitur voluisse significare ante litteras inuentas, & exultas Poemata pangī, & canī solita; sic mihi attente locum consideranti visum fuit. Lege quicunque voles mentem Poetæ assequi, mihi, opinor, assentieris. Nec lectio Parei quidquam obstat, nam refertur non ad carmina, & versus, sed ad alia, de quibus Lucretius egerat litteris posteriora. Præterea illud *nec multo prius sunt elementa reperta* indicat litteras non fuisse vetustas, cui contradicit lectio Critici, dum ait

Nam multo prius sunt elementa reperta,
quæ verba indicant vetustatem litterarum, contra quam Poeta sentiebat. Itaque rem tetigit Mazza. Iam verò quòd Criticus interserit *eternus litterarum usus* non est ad rem. Nam Plinius loquitur de usu litterarum per se antiquissimo, neimpè apud gentes siue has, siue illas, non autem de usu litterarum apud gentem Græcam, de quo erat sermo, quem constat ante Cadmum nullum fuisse. Legat Plinium, cui vacat *BēGantai βαλῶν*. *Iciens ictus est.*

Ecco lo schermitor vinto è di schermo. Tassus.

A V C T O R.

Giosetto Scaligero fù così rigido censore.

C R I T I C V S.

Giulio Cesare Scaligero. In indice erratorum inducitur

Giulio

Giulio Cesare, & reponitur ut debet Gioseffo Scaligero, qui quidem plenis buccis fragmenta à se collecta Berosi laudat, & ut iuuem te Mazza etiam commentarijs illustravit, quæ forsitan non vidisti: sed ut scias nihil est ad Berosum Annianum, quem ne hoc nomine dignatus quidem.

V I N D E X.

SI iam inductum erat nomen Iulij, & repositum Iosephi, cur modò inducit mentionem mendi? Certè appetit liuor Critici; ne errori quidem correcto parcit. Quod ait Iosephum Scaligerum commentarijs illustrasse Berosi fragmenta, & ambigit an Mazza viderit, non miror, cùm se laudare soleat, & Mazzam vituperare. Sit sua ei laus; nam ego doctum, & eruditum hominem puto; sed cur Mazza detrahit? Nobis videtur Mazza vir doctissimum in domesticis, tum in exotice doctrinis. Id omnes libri huius paginae clamant. Si autem Iosephus Scaliger laudat fragmenta Berosi, necesse est ut Anniana commendet, cùm magnam in eo partem similia inueniantur. Abstinuisse verò calatum à nominando Annio nihil continet iniuriosum, cùm silentium nemini noceat. Quod si consulto, ceu negligenter prætermisit, id fortè inuidiae tribuendum: noluit quippe laudem suam cum alio participare homo gloriosus, & auræ popularis audiissimus. Fuerunt alij, de quibus supra commemorauimus, qui honorificam de Annio mentionem fecerunt. *Οὐτε τὸς ἀλγαῖς καὶ τοῖς τιμῇ χερὶ ἐσθιεῖν*, vbi quis dolet ibi, & manum nomen habet.

A V C T O R.

Che Noe procreasse i figlioli anche dopo il diluvio.

Pagina 53. ad c. 34.

CRI-

CRITICVS.

Demus nugas Annianas non aduersari Scripturis Sacris e at non possumus excusare quin sibi ipsis repugnent. En post diluuium genuit Noe filios cum Cham magicis artibus infra fol. 57. genitalia patris infecit, in quibus aut Cham voluit infecundum patrem reddere, nec fecit, & tunc culpa erit in historia maxima, quod infectum pro facto crediderit: aut Noe prolem suscepit ante hanc filij iniuriam, & Cham tam impio ausus in extrema Noe senecta, & tum frustra dicendus erit voluisse patrem impotem reddere generationis, ultima senectute affectum iam coeundi impotentia condemnatum. Si medys temporibus, id est post susceptos filios ante extremam Noe senectutem ista Cham molitus est, ut pietas Sem, & Iaphet in Scripturis Sacris eluceret, & ceteri fratres eam non prastiteret, quamvis nullis diris appetiti, aut si fuit merita gloria fraudantur. Nam purum commentum puto diuersas fratris fecisse ante diluianorum; & post diluianorum filiorum.

V I N D E X.

NON potuit Criticus impugnare doctrinam Mazza aptissime, & eruditissime sustinentis contra Canum, & Pererium Noe etiam post diluuium filios generasse, quemadmodum Berosus Annianus, auctore Saliano, qui Berosum nominat, tradiderat, & Caietanus, & Torniellus approbarunt, nec Abulensis, & Salianus nimis contradicunt: igitur aliud molitur scilicet ostendere Anniani Berosi secum in dictis pugnantiam, quasi pugnant inter se, genuisse filios post diluuium, & infectum esse à Cham filio ne generaret. Quod quidem fruolum est. Nam accepto, sideratum fuisse Noe, adhuc non sequitur repugnantia: primo, quia potuit ante ebrietatem gignere, cum non statim à diluuiio potuerit vinum bibere,

bibere, præcedere quippe debuit plantatio vineæ, & fructificatio, & ipsius vini confectio, quæ nisi interuallo temporis idoneo, fieri non potuit. Deinde non est necessaria connexio inter infectionem, & infirmationem virilium. Quot enim beneficia effectum non sortiuntur. Itaque concedo infecisse, nego effecisse ut impotens redederetur. Iam verò, quod ait de fratum illorum pietate, modestia erga patrem, & benedictione Sem, & Iaphet, quasi nulli essent, qui ab opere virtutis, & mercede præmij essent exclusi, facile reiicitur, cum illi filii possent esse paruuli eodem tempore, & illius operis incapaces, vel post illum euentum nasci potuerint. Tandem, quod addit istas fratras ante diluvianorum, & postdiluvianorum filiorum commentum esse, sibi habeat: alijs aliter visum, nec visum commentum: oportet monstrare fabulam esse, quod non efficiet Criticus, cum in eo nulla sit repugnantia, nendum contradicatio. Non respondet opinioni calculus. Monitum est Iustiniani in Instituta lib. I. tit. 6. quibus ex causis manu mittere non licet, Consulat Balduinum.

A V C T O R.

Inserti per addozzone. Pag. 55. lin. 22.

C R I T I C V S.

Absurda subtilitas. Fratres adoptare fratres in filios, ut scilicet discordie suboriturae conquescerent, qua oriri poterant si post diluviani sibi renascentis Mundi originem quoque asservissent contra fratres maiores Sem, Cham, & Iaphet, qui soli (neque mirum cum ceteri non essent adhuc) Principatum adeò habuerant isto prologo Replete terram. Conquesturi non erant post diluviani si è fratribus filij, & è gradus in fratrum potestatem subderentur. At conquesturi si vocati

fratres

F^o6

fratres non participes dicerentur Principatus renouari Mundia
Cum nullo modo principium primum vocari possent tempore &
loco, & ordine à Patre, & fratribus p̄haoccupati. Explica
Mazza, & qui peregrinitati Annianæ assuetus est.

V I N D E X

E T si obscura sit periodus propter exesas quasdam
dictiones, tamen constat quid velit Criticus. Non
probat, imò & absurdum putat dicere fratres illos post
diluvium natos, quos probabilitet ponit Cajetanus, &
Torniellus, & Berosus Annianus, venire potuisse in
partem occupationis Orbis. Quare ex Critico ratio-
nem. Cur non potuit fieri huiusmodi communicatio, si
fratres vellent ius suum cum ijs participare, non dico
per veram adoptionem, quæ propriè est ius Romanum,
sed per substitutionem in locum suum, communicato eis
priuilegio propagandi Orbem? Licuit in eo populo fra-
tri superstite suscitare semen mortui fratris ex uxore
fraterna ad propagandam familiam, non licuisset fra-
trem ab alio fratre substitui communicata cum eo præ-
rogativa propagationis Orbis terrarum? Licuit etiam
adoptare fœminas, sicuti Mardocheo, qui Estherem
adoptauit, ut legitur Esther 2. Illi primi tres filij Sem,
Cham, & Iaphet nati ante diluvium erant tanquam pa-
rentes quidam generis humani, & ad id seruati à Deo,
& destinati. Ius contraxerant, & secum ad suos trahe-
bant, poterant tamen cum alijs fratribus, si postea na-
scerentur, ius illud partiri, itaut alieno beneficio pos-
sent humanum genus propagare. o'ν πρὸς πάντος αἰρετού
καὶ. Non est cuiusvis recte condire.

A V C T O R.

Nè questa sì fatta addozzone, ò inserimenti de figli alieni.
ni. Pag. 55. lin. 12.

CRI-

C. R I T I C U S. Somiq. onedum
LULLA. A. 1500. fol. 107v. A. 1500. fol. 107v.
*Aserunt Iurisconsulti. Qui ex te, & uxore tua nascitur
in tua potestate est. Item qui ex filio tuo, & uxore eius nasci-
tur, ut diversum appareat inter adoptionem aui, & fratri.
Si Jacob Ephraim, & Manasse non adoptasset, Iacobus non
successuri erant in stirpe, sed in capita, hoc est ut ergo in
vacuum sortem Ioseph. Vide Paral. 10. c. 5.*

V I N D E X.

Scopum semper quod tendant Critici spicula mihi ob-
oculos propono, vt an collineat, vel deflectat, ob-
seruem, ac deprehendo sapius non collineare. Quor-
sum hoc de patria potestate in filium, & aui in nepotem?
Hic agitur de communicatione priuilegij propagandi
Orbem alijs fratribus, non vero de iure patriæ potestatis,
neque de adoptione propria, quæ iuris Romani erat: &
sanè miror Criticum adoptionem admittere in principio
Mundi, quando ea nota non erat. Quod si Auctor adop-
tionem vocat loquitur de adoptione impropria, non au-
tem de illa, quæ in iure Romano continetur: probare
debuerat eam participationem priuilegij fieri non posse
propter aliquam iniustitiam interuenientem, quam cer-
tè afferre non potest. Remittit autem nos ad lib. I. Paral.
c. 5. vt ostendat eruditionem: ibi tamen id solum habe-
tur Ruben spoliatum iure primogeniturae propter iniu-
riam paterni thalami violati, cessisse primogenita filiis
Ioseph: & principatum filiis Iudee. Hoc autem non con-
tinet rem Critici, sed Mazzæ. Patet enim posse fieri
communicationem vnius prærogatiua, non alterius.
Itaque potuerunt communicare filij primi Noe filiis se-
cundis post diluvium fratribus suis usum priuilegij, re-
tentio sibi iure, quemadmodum filij Ioseph abstulerunt à

108

Rubeno primogenita sine Principatu, filij vero Iuda
Principatum sine primogenitis. Α' μογένες καύκης. Aliud
genus Remi.

A V C T O R.

E quello che è ammirabile viene questa Anniana opinio-
ne confirmata dal Vossio. Pag. 65. lin. 8.

C R I T I C V S.

Videndus est hic Vossius, sed conradicentem habet Cluuerium in Italia fol. 5.

V I N D E X.

IN hoc biuio Lupum auribus tenet Criticus: intersacrum, & saxum constitutus, quo se vertat nescit. Vtri assentiat anxius: sed ad Cluuerium, ut à Mazzæ dissentiat: inclinabit. Nos interim nostro functi officio calamum deponamus, & Mazzæ de erudita huiusmodi Apologia gratulemusr, & ad alia maiora edenda in publicam Scholarum utilitatem adhortemur.

I. Deus, i nostrum, felicibus utere Fatis.

*Αρχὸς καλὺς καλλίστοις εἶναι καὶ τέλος
Οὐδὲς δοκοῦσιν οὐ ὄροι τὸν πραγμάτων.*

*Captis bonis bonum finem succedere
Negotiorum rite monstrat exitus.*



Hec

HÆC ego Critico repono, ac eum amice moneo ne deinceps velit irritare crabrones. Volucer est ingeniosus, rostrum auertat, colligat vngues, euolet, alas explicet, & in summa nitatur: altiora meditetur; &, quoniam Nobilis est, nobiliores curas suscipiat. Excellit Jurisprudentia, consulat Reipublicæ. Callet humaniores litteras, iuuet Academias: valet eloquentia Itala, Latina, nec caret Græca, concinat Philarmonicis, & suauem cum eis concentum efficiat. Ornet Patriam, quam nactus est clarissimam, vbi claros natales habuit. Immisceat se Principibus illis Viris, qui suis eam scriptis nobilitarunt. Antiquioribus Catullo, Nepoti, Plinio: recentioribus Fracastorio, Scaligero, Paulo Aemilio, Onuphrio Panuino, & qui nuper decepit Nouarino, viro piè eruditio, & Sacrarum Litterarum peritissimo, & præclaris in Iucem editis Operibus clarissimo. Addat seuiuis: Marchioni Pindemontio, animato litterarum Oraculo, in cuius domo Cortina est, è qua Sibyllina omnigenæ doctrinæ folia recitantur: Marchioni à Puteo Scientiarum thesauro, vnde gemmæ litterariæ petuntur: Comiti Moscardo Nobili antiquitatis indagatori, & nouo lumini sapientiæ illustranti Vrbem eruditis monumentis. Intueatur inter Patres Somaschos Franciscum Carum acutum Philosophum, eximum Concionatorem, elegantem Rhetorem, egregium Poetam, floridissimo ingenio, amænum Athesim coronantem. Inspiciat inter Patres Augustinianos Patrem Henricum Noris in Scholis Theologicis, & Ecclesiasticis spatijs versatissimum, qui *spes Ordinis altera*, & Vrbis magno succedit Onuphrio, & nuper insigni edito de Historia Pelagiana volumine ingentem sibi gloriam comparavit. Splendeat

O 3 inter

inter ipsos: spargat sua lumen, non officiat alfinis.
 Vertat in publicum usum priuatas Opes doctrinarum,
 quibus abundat. Famam nominis sui scriptis innocuis
 extendat: litet aeternitati: consulat posteritati: profi-
 ciat Reipublicæ, cuius bono natus est; & præclaras
 animi dotes, quibus eum præditum esse agnoscimus, in
 commune conferat, & bene merendo de Patria efficiat,
ut omnium tum Ciuium, tum extenorū plausum, &
gratiam consequatur.





APPENDIX.

A T V S ad proprias iniurias feras, & alienas propulsandas, postquam vindicaui Mazzam à calumnijs alienorum, pergo liberare Fratrem meum Antonium Macedum Iesuitam ab iniurijs suorum.

Ecquis crederet scriptores Iesuitas, qui maximè concordes sunt, & arcto amoris vinculo continentur, discordes excontentione fieri, & dum alijs alios tentant præponere, inter se discordare, & suos lèdere? Puto autem lèdi eos, qui debita fraudantur gloria. Rem expono, & altius duco principium. Nihil in hoc sæculo, & fortasse ne in superioribus quidem illustrius, & celebrius contigit, quam Reginæ Christinæ Augustæ Gustavi Augusti filiæ ad Orthodoxam Fidem ab Hetherodoxa conuersio, & Regni opulentissimi, & potentissimi contemptio. Quæ tantam expectationem excitauit, tantum admirationis attulit suspenso stupore Orbe, & ad famam rei attonito, ut omnes penè Reges, ac Principes Europæ in eius gloriæ partem venire optauerint. Diuina sunt studia Italiæ, Germaniæ, Hispaniæ, Galliæ, Portugalliæ, vt primas in hoc opere vindicarent. Omittamus Pontificem, qui Alexander VII. fuit, quod extra omnem fortis aleam positus, & in fastigio dignitatis constitutus prærogatiua singulari functus cæteris antecellit. Prætereamus Imperatorem, Regem Gal-

Galliax, Hispaniæ, Portugalliax, qui secundum eum rebus humanis præsunt, & extra communem fortunam sunt. Veniamus ad priuatos, qui aliquid operæ in eam conuersionem contulerunt. Et quidem illud constat conuersionis Reginæ solum Deum fuisse auctorem, ad quem vnum Christina iure refert illud Psalmi, *Hac mutatio dexteræ Excelsi.* Cæterum inter mortales Tanti dux famina facti, at suprafæminam, imò, & supra mortalem Christina videtur. Neminem vel suasorem, vel hortatorem, vel consiliarium, nedum auctorem habuit. In Sacris Scripturis, Concilijs, Patribus, præcipue Augustino, faces inuenit, quæ præirent. Qui secus egerunt, seque iactarunt, tanquam participes consilij, desipuerunt. In patrando facto aliquam mortales operam posuerunt, ac ne hanc quidem sine nutu, imperioque Reginæ præstiterunt. Quis primus fuerit, qui cum illa rem communicavit, cuiusque opera ad rem tantam patrandam adhibuerit? De eo queritur. Id pro certo habetur: illum qui cunque tandem fuerit, è Societate Iesu fuisse. Detur hoc laudi ei Familiax, cuius scopus est salus animarum, & propterea ab Iesu dicta. Incerta fama est ob studia partium ad suos prærogatiuam trahentium.

Hanc ego contentionem tollo, & pronuncio, primum fuisse Patrem Antonium Macedo Lusitanum fratrem meum; quod mihi compertum est, qui ad illam legationem in Sueciam eo tempore comes D. Iosephi Pinto Pereira viri clarissimi destinatus fueram. Et propter astatem, & imbecillitatem Prouinciam reieci, & in fratrem meum conieci; ac de re tota, vti suscepta, & gesta est, tum à Lusitanis inde redeuntibus, tum à Suecis cum legatione venientibus factus Olisipone sum certior; postea quo anno Christina Romam venit, vt scriberem Panegyricum, quem cum alijs plerisque opusculis in lucem

lucem edidi inscriptum *Pallas Togata*, omnia penitus
 perspexi, & explorauit. Igitur Antonius Macedo anno
 1650. Stokolmum appulit cum Legato, cui erat à con-
 fessionibus, pridie eius diei, qua S. Ignatij solemnia
 celebrantur, die sanè notabili, quasi illo auspice res pa-
 tranda esset. Exinde occasione legationis in Aulam fre-
 quens cum esset, Reginæ notus, & familiaris esse cœpit.
 Itaque cum acceptior in dies fieret, sui eum consilij Re-
 gina participem fecit, & patrandi operis adiutorem.
 Cumque Iesuitam esse resciret, quam gentem fama noue-
 rat, & in pretio habebat, fidenter ei rem to am aperuit,
 & clam cum litteris proficiisci iusit Romam ad P. Ge-
 neralem Societatis Iesu. Is tum erat Franciscus Piccolo-
 mineus, ut Summum Pontificem de suo consilio certio-
 rem faceret, ac duos de Societate ad se mitteret, quibus-
 cum, absente Macedo de re tanta liberaret. Cumque
 hic ante Maredi Romam aduentum deceisisset, litteras
 is Patri Gaofuno Nikelio reddidit, qui eodem anno
 exente misit Stokolmum Patres Malines, & Casati-
 tum. Afferuantur autem huiusmodi litteræ in Charto-
 phylacio Domus Professæ Societatis, quæ ab Iesu dici-
 tur. Quæ res cunctis Societatis Patribus notiima non
 patitur dubitationem, cum præsertim eo tempore Ge-
 neralis Congregatio fieret Patrum vniuersæ Societatis,
 qui pro nouo Generali creando Romam confluxerant.
 Quin ipsa met Regina Christina sepè, ac palam testata
 est nemini se ante Maredum mortalium mentem suam
 aperuisse. Id ipsum Patres Malines, & Casati fali sunt;
 præterea P. Manderscheidus Confessarius tunc D. An-
 tonij Pimentellij Legati Regis Catholici apud Reginam
 idem consimauit. Alias igitur res agebant Patres Henf-
 kenius, & Papebrokij, cum in vita Bollandi tract. Præ-
 sum. cap. II. ita scripserunt, *Habuerat iam tum, cum adhuc*
 in

in Regno degens de eligenda Religione deliberaret, operis in
 Belgio iunctoati notitiam à Godefrido Franckenio, qui primus
 Catholicorum Sacerdotum ipsam ausus fuerat conuenire, atque
 de cognoscenda antiqua Religionis unitate & veritate inter-
 pellare. Quæ omniñ sunt à vero, quo ad utramque
 partem aliena. Nam vt ab eo incipiamus, quod est po-
 sterius, Regina solum Deum sui confilij auctorem ha-
 buit, nec ab ullo fuit interpellata mortali, sed ab Immor-
 tali omnium Conditore impulsa. Deinde pars prior à
 veritate aberrat. Nam ipse met Frankenius in suis ad
 Macedum litteris Romæ iam commotantem datis ineun-
 te anno 1652. palam affirmat, se post illius è Suecia di-
 scessum Stokolmum ex Hopnia Regia vrbe Daniæ tran-
 sisse, & ad Reginam adiisse. Deinde ipse Frankenius
 testatur se inclinante anno 1651. Stokolmum se contu-
 lisse. Pater verò Macedo mense Julio anni 1650. eò appu-
 lerat, & inde se Romam contulerat mense Augusto so-
 quentis anni 1651.; postquam annum solidum, & men-
 tem vnum apud Reginam moratus fuerat. Præterea Fran-
 kenius cùm audisset ex Regina mitti, se petente, duos
 Patres Societatis Stokolmum, vt ad suam gentem glo-
 riam traheret, statim per litteras de eo monuit supe-
 riores Flandriæ hortatus vt missio P. Mutio Belga, ad-
 uentum aliorum præueniret. Insuper quæ litteræ ex-
 tant Frankenij rem continent, omnes eæ sunt postquam
 Macedo Romam è Suecia profectus fuit, date; vt in
 Archiuijs illarum Provinciarum comperietur. Tandem
 palmarē argumentum est, quod P. Guglielmus Duualius
 Provincialis Flandrobelgicus, & ipsiusmet Frankenij
 Superior Romæ, cùm venisset ad Generalem Congrega-
 tionem, & Patrem Macedum inuenisset, eum beneuole, &
 honorifice accepit, testatus eum fuisse primum, cui Re-
 gina suam mentem aperuisset, cuique patrandum opus
 man-

mandasset; quin & cum eodem egit de ratione expediendi in Sueciam Frankenium. Quid? quod ipsimet Patres Congregati, cùm vidissent scripta Henskenij, & Papenbrokij, admirati sunt audaciam scriptorum, & indignantis exclamarunt: Macedum gloria sua esse fraudatum. Desinant ego suam fouere sententiam; finant Macedum frui illo fructu gloriæ, quam promeruit, suscepta peregrinatione plena laboris, plena periculi, per ignotas gentes, asperas regiones, auia itinera, abstrusa vallum, prærupta rupium, insidiosa loca, & aliena tempora, non alia sibi mercede proposita, quam studio Religionis, & pietatis. Hæc palam facere volui, ut sua narrationi fides, sua merenti gloria restituatur.

F I N I S.

112

mususque diuinis cum saeculo est in hunc modum excepit
diu successum transcedunt. Quia, dum puerus puer
Cordicellus, cum iugulat lobes hispaeam, & Tibe-
pokkij saepe in suis indecessis iugibore am-
tis excepit. Mucronem quoque tibi excepit.
Dilexunt ergo suam genitricem testemque, iuniorum
tum illo tempore, dum promoventur, ut iugibore
guritione plena, sapientia, plena delectio, per iugores
euntes, sapientia, sapientia, misericordia, spuma, salutem,
bisimatis iniquum, iniquum, & similius tempestis non
suis ubi mercere proponeat, dum natus, & similius regis non
pierces. Hoc deinceps secreto loqui, ac tua narratio
debet, ut si quis deinceps, etiam
affaserit, etiam annos aucto 1540. Bookolum suum facili-
tate, faceret vero loco pro parte, scilicet appre-
hensio, & inde se P. Matio Belga, Augusto fa-
quentis anni 1560, postea quoniam secundum, & numer-
osius, sed etiam diversius, etiam in litteris, & in lingua Fran-
kenorum, etiam in aliis, ut responsum, se petente, dico
Mattei societatis Stockholmum, et ad suam gentem glo-
riam trahentes, statim, per litteras de eo, monuit super
hunc Flandria hostis, ut misso P. Matio Belga, ad
uentum alioscum peruenire. Infelix que littera ex-
tare Frankenstein continent, omnes es sunt postquam
Macedo Romane Sacra profectus fuit, datus, ut in
Archivis illius etiam quoniam non comparetur. Tandem
palius re arguitur, quod P. Guglielmo Ducasius
Provincialis Flandria Belgicus, & ipsiusmet Venken
Superiori Roma, cuius venit, et Generali Congrega-
tione, & Patrem Macedum innatit, cum bene obedi-
tione, & accepto, curatus, cum re alijs prouinie, cuius Re-
gionem, etiam responsum operauit, cuius patrum opu-
lum.

117
MANTISSA.



Parauierus Veronensis auctor notarum,
& calaminiarum in Massam Inquisito-
rem tum eius Urbis, Lecto meo libro,
in quo vindicem egi Patris Mazzæ, res-
punctionem adornauit, in qua integrum
penè annum consumpsit, ad idque anti-
cas multorum manus aduocauit, ut mi-
hi responderet. Gratulor homini quod
tanti me fecerit, vt, cum ne Hercules quidem contra duos
sit satis, ille mihi satis non esse duos tresue auctores existi-
marit. Briareii manus in opusculo illo sentias, sed omnes
verberant aerem, & à proposito aberrant. Manent omnia
mea tutæ, & illibata, & honor Mazzæ vindicatus. Eò tandem
dissertunt, vt quæ mendæ in librum meum irrepserunt ob im-
peritiam, & negligentiam librariorum, colligant, & reprehen-
dant. Ea vero in Græcis sunt. Norunt omnes quanta sit his
temporibus apud nostrates typorum Græcorum insolentia.
Quid ergo mirum, si multi errores in græcanica vocabula
inciderint, præsertim Verone, vbi est penuria & typogra-
phorum, & typorum. At tu correxisti. Fatoꝝ, & sexcenties
correxi, nec tamen quidquam proficere potui; cuius rei te-
stes sunt quotquot amicos habui, qui me de eo sape queren-
tem audierunt. Ac primùm ego non soleo errata colligere,
& in summam redigere, & qui mos est in fine libri propo-
nere. Putidum semper id duxi. Legat qui volet meos libros
quadraginta tres, omnia relinquo lectoris venie, vel pruden-
tiae. Si horum ratio habenda est ipsem et parauierus in ma-
nuscriptis suis, quæ vidi, & fideliter transtuli multa huiusmo-
di errata incurrit, quæ in meo libro videre quis potest. Præ-
tereà magni viri nomine me defendam. Is est Illustrissimus,
ac eruditissimus Marchio Pindemontius cùm aliarum littera-
rum, tum græcarum peritissimus, cuius libri abundant men-
dis, eo inuito, & dolente de imperitia, & negligētia Typogra-
phorum,

P

CFMAGL. 1.6.712

phorum. Verum est cum accurate omnia collegisse, & correxisse, quod illius soleme est; longam igitur inducit seriem erratorum, quam ego semper omisi. Quin & in ipsam correctionem noui errores irrepererunt, de quo ipse mecum non semel est questus. Ut alio exemplo familiari. Vir Clarissimus in hac Academia Octavius Ferrarius sua m quoque vicem dolet, quòd sibi sàpe multi errores contingunt, inter quos enormis fuit, qui habetur in ultima Prolusione composita in gratiam Triumvirorum Reformatorum, qui hoc anno Academiam lustrarunt, & illustrarunt, in cuius fronte, vbi nominantur, vnius nomen pro altero habetur hoc modo.

ANDREAS CONTARENVS

NICOLAVS SAGREDVS

BAPTISTA NANIVS.

Cum tanien Sagredus nullus esset, qui hodie singulari Dei beneficio Dux Serenissimus creatus est, sed Angelus Corraeus. Erit ne qui ob id virum Clarissimum vituperet, & operi erudito detrahatur? Cur ergo mihi vitio datur Typographorum incuria? Nihilominus darida est venia Sparauerio, qui cùm solida refellere non potuerit, quisquiliás istas collegit, vt videretur aliquid dicere. At tunc ille quidem alias notas de nouo adiecit; vt qui non poterat veteres defendere, nouas tueatur. Aliunt eum mihi, & Massè petulanter conuihari: nihil moror assuetus pro veritate contumelias, & grauiora pati. Religiosus sum: modestè scribo, & patienter audio, quæ me attinent; modò veritas in tuto sit, nihil me mouet, aut turbat: Augustini vetus discipulus, & verus amator solius veritatis rationem habeo. Hæc mihi merces. Ea una contentus viuo, nec quidquam spero præter honestam sepulturam. Falluntur qui putant me de mea fortuna queri. Calumniantur. Imo mihi de mea fortuna gratulor, quodquæ scripsi, & scribo sunt omnia ad veritatem comparata; non ambitionis, sed solius veritatis studio ea in lucem emitto. Ne quis putet me honoris, aut utilitatis causa scribere,

bere, quod memini me testari Romae eoram Pontifice Clemente IX. qui mihi condolebat de calamitatibus, in quas nuper incideram: huic enim ita respondi. Gaudet, Sanctissime Pontifex, quod tam sim calamitosus, ut auferam suspicioneum Hereticis, contra quos scribo, putandi me ambitione, aut assentatione fecisse; quemadmodum solent de aliis Ecclesiasticis scriptoribus praedicare. Probavit Pontifex. Eo sensu nonnunquam in meis libris meas calamitates, quae nocte sunt orbi, commemoro, ut exhorter alios scriptores post me futuros ad scribendum solius studio veritatis. Testimonium esto illud quod posui in primo Tomo Collationum doctrinæ S. Thomæ, & Scoti ubi sic. Scribo procul à furo, longe ab ambitione, omni spe honoris non modo abiecta, sed etiam amissa: vittima veritatis non macta, sed mactata. Contigit mihi iactare in Schola quod ille alter in acie.

Discit legens doctrinam ex me, verumque laborem

Fortunam ex aliis; nam te mea Penna Mineruæ

Addictum dabit, & nulla inter præmia ducet.
quæ quidam maleuoli sinistre interpretantur, quasi ego de mea infelicitate querar, cum ego contraria suminami felicitatem putem in scribenda sine ambitionis studio veritate. Palam facio omnibus me vnam tantum veritatem pro scopo mihi semper proposuisse. Idque in aliis meis præfationibus testatum, quicunque legas, reperies. Habeto fidem homini candido, & nonquam mentienti: atque ut tibi persuadeam certus hoc, & iuratus dico. Et adiicio narrationem.

Cum essem in Anglia anno 1653. ubi scripsi pro Sede Apostolica librum, quem inscripsi *Tessera Pontificia*, & Londini inter medios Hereticos frementes, ac frenientes in lucem edidi (quod eram in domo Legati Regis Lusitaniae, cui eram à secretis pro pace, atque adeo tutò versari per urbem poteram) alium librum composui, inscriptum *Mens innocentii diuinitus inspirata* in defensionem doctrinæ Sancti Augustini, de qua tum disceptatio erat occasione Iansenii; qui liber negotiorum exhibuit quibusdam Antagonistis Iansenii. Rogauit igitur me idem Legatus, ut ab opere desisterem, ne

P 2 quam

quam inuidiam incurrerem; nolui eius precibus acquiescere, meque ad illum Typis mandandum accinxii pro meo in Augustinum, & veritatem amore. Accidit ut Legatus mulorum precibus commotus vehementius urgeret ne ille liber ederetur, atque ut me à proposito dehortaretur, ambitione capere voluit, quē timore deterrere non poterat. Semel igitur ad me. Desiste, inquit, quās ab hoc negotio. Ego enim recipio si desiteris impetraturum me tibi à Rege Episcopalem infusam: cui ergo ita respondi. Plures facio vnam lineam Augustini, quā plurimas infulas. Miratus responsum destitit à proposito, & ego librum in lucem emisi. Non opus est alio ad faciendam dictis fidem argumento. Augustinianus doctrinam. Quicumque mihi aduersatur, is Augustino aduersetur necesse est.

Illud moneo irrepsisse errorem pag. 62. vbi legendum omnino, uti *Iulius Caesar Cardanum*: ne quis puret me particulam *ille pro Iosepho Filio posuisse*. Scio enim duos fuisse Patrem *Julium*, & *Filium Iosephum Scaligeros*.

Græca.

Gratianum Errata Correcta.

Pag.	17	Ιεράντιον	Lege πατέραν	Pag.
pag.	22	Αγιονυμίαν	Lege αμφιληγανίαν	Pag.
pag.	24	σάχας	Lege τρίχας	Pag.
pag.	32	βρίσκω	Lege ιερόν	Pag.
pag.	41	Δέσι	Lege Διοῖ	Pag.
pag.	43	αὐτοκτίς	Lege αὐτοκτίς	Pag.
pag.	58	εὐαραστός	Lege εὐώμαστος	Pag.
pag.	60	Ασεβεστός	Lege ἀσεβεστός]	Pag.
pag.	68	πρύνη	Lege φρύνη	Pag.
pag.	77	πυέλην	Lege πυέλου.	
pag.	77	Αημία	Lege Δημία	
pag.	79	τεττήγε	Lege τέττηγε	
pag.	87	Αηφέας	Lege Ηφαίστος	
pag.	91	τῶν	Lege τῶν	
pag.	92	τῶν	Lege τῶν	
pag.	94	εὑμβροκοῦς	Lege εὑμβρόχοντος	
pag.	95	Βλέπων	Lege βλέπων	
pag.	96	ἄραι	Lege χώραι	
pag.	105	ἐπη	Lege ἐχη	
pag.	106	αρτυσθ	Lege ἀρτισθ	

Latina menda emendata.

Pag.	24	Niniues	Lege	Niniuen
pag.	79	etarancis	Lege	& araneis
pag.	46	grunire	Lege	grunnire
pag.	52	ingenium subtilem	Lege	subtile
pag.	59	siue	Lege	siue
pag.	59	ibi Bono verba.	Lege	bona
pag.	64	ifta	Lege	ita
pag.	68	palatum	Lege	palatum
pag.	86	initia	Lege	vitia
pag.	99	Nemini parcit stultos: vocat.	Lege	nemini parcit: stultos vocat.

Accuset ne me quisquam ob hæc menda imperitiæ latinæ
linguæ? Cur ergo me imperitum Sparauerius græcanicæ ob
errata Typorum appellat? Scias Typographum Reip. ser-
uire, ac ideo moram in corrigo pati noluisse, ne publicis
typis deeslet.

005644313

KONSERViert DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN